Annus V. - Vol. V. Die 31 Decembris 1913. Num. 19.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

I. *Acta Pii PP. X.:* Motu Proprio, pag. 545; Epistolae, pag. 546. — II. *S. C. Consistorialis:* Erectio dioecesum, pag. 548; Provisio Ecclesiarum, pag. 549. — III. *S. C. Rituum:* Brixien. Signatur Commissio introductionis Causae servae Dei Mariae Crucifixae Di Rosa, pag. 550. — IV. *S. Romana Rota:* Cocincinae Occidentalis. Nullitatis matrimonii, pag. 552. — V. *Secretaria Status:* Promulgatio quarumdam pontificiarum constitutionum ac legum, pag. 558; Epistola, pag. 558.

Diarium Romanae Curiae: Nomine, pagg. 560-561.

INDICES: I. Index generalis rerum, pag. 563. — II. Index documentorum chronologico ordine digestus, pag. 565. — III. Index analyticus rerum notabilium, pag. 579. — IV. Index personarum, pag. 607.

ROMAE

TYPIS POLIGLOTTIS VATICANIS

MCCCCXIII.

Directio: Palazzo della Cancelleria. — Roma.
Administratio: Tipografia Poliglotta Vaticana. — Roma.

Pretium annuae subnotationis.
Pro Italia, L. **12.** — Extra Italiam, L. **15.**
Unius fasciculi, L. **1.**

« ***Bis*** fere ***in mense*** (Commentarium) *prodibit, ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* ». (Ex ***Commentarii Officialis*** ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. V, n. 19 - 31 decembris 1913)

ACTA PII PP. X.

MOTU PROPRIO.

PAG.

In litteris nostris. - De canonicis, qui inter praelatos domesticos relati non sint, e capitulis privilegia protonotariorum habentibus. - *22 decembris 1913* 545

EPISTOLAE.

I. *Consilium apernistis.* - Ad RR. PP. DD. Archiepiscopos et Episcopos Mexicanae Reipublicae, de fidelibus eiusdem Reipublicae, SS. Cordi Iesu sollemniter vovendis. - *12 novembris 1913* 546

II. *Communes vestrae.* - Ad RR. PP. DD. Archiepiscopum Caracensem ceterosque de Venezuela Episcopos, ob litteras beatissimo Patri reverenter exhibitas, praecipue de seminario in urbe Caracas nuper instituto. - *5 decembris 1913* 547

S. CONGR. CONSISTORIALIS.

I. Erectio dioecesum 548

II. Provisio Ecclesiarum 549

S. CONGR. RITUUM.

Brixien. - Decretum beatificationis et canonizationis servae Dei Mariae Crucifixae Di Rosa, fundatricis Congregationis Ancillarum a caritate. - *10 decembris 1913* . . 550

S. ROMANA ROTA.

PAG.

Concincinae Occidentalis. - Nullitatis matrimonii (Dò-Sò). - *14 iulii 1913* 552

SECRETARIA STATUS.

De promulgatione quarumdam Pontificiarum constitutionum ac legum. - *26 dec. 1913* 558

EPISTOLA.

Ad R. P. D. Hectorem Irenaeum Sevin, Lugdunensium archiepiscopum, de annuo congressu iurisconsultorum catholicorum Galliae, Lugduni habendo. - *14 octobris 1913* 558

DIARIUM ROMANAE CURIAE

Segreteria di Stato. *Nomine* 560

INDICES VOL. V ANNI 1913.

I. Index generalis rerum 563

II. Index documentorum chronologico ordine digestus 565

III. Index analyticus rerum notabilium . . . 579

VI. Index personarum 607

Annus V. - Vol. V. Die 31 Decembris 1913. Num. 19.

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. X

MOTU PROPRIO.

DE CANONICIS, QUI INTER PRAELATOS DOMESTICOS RELATI NON SINT, E CAPITULIS PRIVILEGIA PROTONOTARIORUM HABENTIBUS.

PIUS PP. X.

In litteris Nostris *Inter multiplices* editis Motu Proprio de Protonotariis Apostolicis, quo modo nonnulla capita essent interpretanda, declaravit ex Nostra auctoritate S. Rituum Congregatio decreto *Super legitima*, cuius haec est summa: qui adscribatur collegio Canonicorum seu Capitulo, quod privilegiis seu insignibus et iuribus ad Protonotarios Apostolicos vel supranumerarios vel ad instar participantium pertinentibus ornatum sit, non eum acquirere ius ad expeditionem Brevis, quo inter Praelatos Domesticos numeretur, sed huius adeptionem honoris et gradus e sola Summi Pontificis benignitate pendere.

Iam vero ne privilegiorum diversitas, quae inter homines eiusdem Ordinis animadvertatur, christianae plebis admirationem moveat, Canonicis qui, cum sint e Capitulis modo memoratis, inter Praelatos Domesticos relati non sint, damus et concedimus, ut collegialiter quidem omnibus fruantur privilegiis suo ipsorum Capitulo ab Apostolica Sede tributis, singuli autem tum praelatitium habitum et *pianum*, quem vocant, gestare, ut est

in illis ipsis Nostris litteris ad § 16 et 17; tum, de speciali mandato Ordinarii, ornatu et more Praelatorum, de quo ibidem ad § 31 sermo est, Sacrum celebrare possint. Qua duplici potestate non eis licebit uti, nisi intra fines dioecesis, cuius erit Capitulum.

Atque haec Motu Proprio statuimus, contrariis quibusvis non obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXII mensis decembris MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

EPISTOLAE.

I.

AD RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPOS ET EPISCOPOS MEXICANAE REIPUBLICAE, DE FIDELIBUS EIUSDEM REIPUBLICAE SS. CORDI IESU SOLLEMNITER VOVENDIS.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Consilium aperuistis cum vobis summopere decorum, tum apprime iucundum Nobis. De hominibus SS. Cordi Iesu vovendis iam anno MDCCCLXXXXIX scripsit decessor Noster f. r. Leo XIII encyclicis litteris *Annum Sacrum*. Quod, ut credimus, vos animo reputantes, in eam devenistis sententiam ut eidem sacratissimo Cordi, immortali saeculorum Regi, die VI proximi ianuarii Mexicanam consecretis Rempublicam, peractaeque rei sollemne prodatis vestratibus testimonium in imaginibus divini eiusdem Cordis regiae exornatis maiestatis insignibus. Id Nos probamus libentes. At vero cum aeternae gloriae Rex spinea corona fuerit redimitus, quae *gemmis et auro pulchrior vincit coronas siderum*, humani regis insignia, sceptrum nempe ac diadema, reponantur ad sacrarum imaginum pedes.

Gentem vestram rerumque vestrarum perturbationes solliciti iam diu conspicimus animo probeque agnoscimus quanti sit ad salutem et pacem in populis fovendam, homines compellere ad hoc salutis portum pacisque sacrarium, quod benignissimus Deus in augusto Christi Filii sui Corde patere humano generi voluit. Ab Eo igitur sit vobis, venerabiles Fratres, sit Mexicanae genti, tam diuturnis vexatae discordiis, et gratia, qua ad salutem indigetis, et pax, quam omnium altricem utilitatum, communia civium vestrorum expetunt vota.

Auspex interea utriusque muneris Nostraeque testis benevolentiae apostolica sit benedictio, quam vobis, venerabiles Fratres, quam clero populoque cuique vestrum tradito peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum, die XII novembris MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

II.

AD RR. PP. DD. ARCHIEPISCOPUM CARACENSEM CETEROSQUE DE VENEZUELA EPISCOPOS, OB LITTERAS BEATISSIMO PATRI REVERENTER EXHIBITAS PRAECIPUE DE SEMINARIO IN URBE CARACAS NUPER INSTITUTO.

Venerabiles Fratres, salutem et apostolicam benedictionem. — Communes vestrae litterae plura Nobis attulerunt laetabilia. Quod enim vosmet coniunctissimos Nobis profitemini eosdemque deditissimos; quod per haec sollemnia, ob redditam undecim abhinc saeculis Ecclesiae libertatem debitam, opportunam nacti estis occasionem adhortandi fideles vobis concreditos ut Ecclesiae matri arctius adhaereant acriusque tueantur eius iura sanctissima: quod denique recens condito maiori seminario provisum voluistis aptiori cleri institutioni, agnoscimus cum novam pietatis in Nos vestrae significationem, quam pergratam sane habemus, tum voluntatem de clero, de populo, ut par est, sollicitam.

Plane videmus nullam officii partem vestram desiderare sollertiam; et id quidem Nobis gaudemus, vobisque, venerabiles Fratres, gratulamur ex animo. Pro ea vero qua vos, qua Ecclesiam vestram caritate complectimur, locus admonet ut novum hoc seminarium, ad quod excitandum, non semel adhortati vel Ipsi vos sumus, diligentiae vestrae - si quidem currentibus addendi sunt stimuli - etiam atque etiam commendemus. Quam lamentabiles, ad clerum quod attinet, sint Venezuelanae Ecclesiae conditiones, iam alias vobis scribendo attigimus; quibus occurrendum remediis, plane nostis, venerabiles Fratres, praeter plenam caritate vigilantiam in clerum qui iam vobiscum laborat in vinea Domini, curam quam maxime esse quae impenditur in rite formando clero iuniore. Quare instate, rogamus atque obsecramus in Domino, ut moderatorum vigilantia sollertiaque magistrorum, in maiore hoc seminario non secus ac in minoribus seu dioecesanis, floreat disciplina sancta ac doctrinarum studiis suus, ex Apostolicae Sedis praescripto, sit honos. Haec enim, expertis loquimur, una suppetit via ut adolescentes

qui in eisdem in Ecclesiae spem succrescunt, ingenii opes animique virtutes uberiores sibi comparent, utiliusque deinde, ad sua reversi, eas conferant in commune bonum.

Quod ut e sententia eveniat, caelestium vobis adiumentorum copiam a Deo poscimus; quorum interea sit auspex eademque testis benevolentiae Nostrae apostolica benedictio, quam cuique vestrum, venerabiles Fratres, vestro insuper clero populoque peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die v decembris MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I.

ERECTIO DIOECESUM.

Ssmus D. N. Pius PP. X successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis:

20 octobris 1913. — Amplissimum territorium dioecesis Srmi Salvatoris de Bahia in Brasiliana republica, rogante ipso archiepiscopo, in quatuor partes divisit, creatis tribus novis dioecesibus Barrensi, Caetitensi et Ilheosensi.

Diocesi *Barrensi* attribuit paroecias vulgo *Barra do Rio Grande, Chique-Chique, Pilão Arcado, Remanso, Casa Nova, Sento Sé, Joazeilo, Campestre, Brotas do Macahubas, Oliveira dos Brejinhos, Urubú, Bom Jesús da Lapa, Carinhanha, Sant'Anna dos Brejos, Porto de Santa Maria, Correntina, Angical, Campo Largo, et Santa Rita do Rio Preto.*

Dioecesi vero *Caetitensi* paroecias vulgo *Caetité, Monte Alto, Gentio, Amparo de Umbaranas, Duas Barras, Jacaracy, Conderiba, Caculé, Bom Jesús dos Meiras, Ituassú, Sincorá, Minas do Rio de Contas, Villa Velha de Minas de Rio de Contas, Bom Jesús de Rio de Contas, S. João do Paraguassú, Lençoes, Remedios do Rio de Contas, Paramirim, Macahubas, Riacho do S. Anna, Sta Maria do Ouro, et Cannabrava.*

Dioecesi praeterea *Ilheosensi* paroecias vulgo *Ilhéos, Olivença, Cannarieiras, Belmonte, Santa Cruz, Porto Seguro, Villa Verde, Tramoso,*

Nossa Senhora de Lourdes do Angelim, Prado, Alcobaca, Caravellas, Villa-Viçosa, S. José de Porto Alegre, Itabuna, Barra do Rio de Contas, Marahú, Barcellos, Camamú, Igrapiuna, Santarem, Nova Boipeba, Boipeba Velha, Cayrú, Taperoá, Serapuhy, Guerem, et Valença.

Reliquam antiqui territorii partem *Ssmi Salvatoris de Bahia* reservavit.

2 decembris 1913. — Dioecesim *Nicaraguensem* a metropolitico iure archidioecesis Guatimalensis subtractam et exemptam, in quatuor partes divisit, novis dioecesibus constitutis et in provinciam ecclesiasticam erectis.

Itaque Nicaraguensi episcopo, qui cathedralem habebat usque modo in civitate *Leon,* suam sedem reliquit, circumscripta tamen eius iurisdictione ad quatuor dumtaxat civiles provincias vulgo *León, Chimandega, Esteli* et *Nueva Segovia:* et suppresso nomine dioecesis Nicaraguensis, novam hanc dioecesim ita praefinitam vocandam decrevit *Leonensem in America centrali* et suffraganeam constituit Managuensis archidioecesis.

Metropolitanam sedem erexit in civitate *Managua,* reipublicae principe: et archiepiscopo iurisdictionem attribuit in quinque civiles provincias *Managua, Masaya, Carazo, Matagalpa* et *Ginotega.*

Tertiam territorii partem in novam dioecesim erexit, Granadensem denominandam, cum sede in civitate *Granada,* novoque episcopo iurisdictionem dedit in quatuor civiles provincias *Granada, Rivas, Chontales* et *San Juan del Norte:* et suffraganeam pariter fecit Managuensis archiepiscopi.

Quartam denique territorii partem in vicariatum apostolicus Bleufieldsensem erexit, et vicario apostolico iurisdictionem attribuit in sex civiles provincias videlicet *Bleufields, Cabo gracias á Dios, Rinzapolcka, Siquia, Rio Grande* atque in insulas orae Oceani Atlantici adiacentes et eidem reipublicae Nicaraguensi subiectas.

II.

PROVISIO ECCLESIARUM.

Successivis sacrae Congregationis Consistorialis decretis Ssmus D. N. Pius PP. X has quae sequuntur ecclesias de proprio pastore providit, scilicet:

20 novembris 1913. — Cathedrali ecclesiae Eperiesensi ritus graeci-catholici praefecit sac. Stephanum Novák, dioecesis Munchacsensis.

21 novembris. — Metropolitanae ecclesiae Cameracensi Revmum Ioannem Arturum Chollet, hactenus episcopum Virdunensem.

21 novembris 1913. — Cathedralibus ecclesiis Bellunensi et Feltrensi Revmum Iosue Cattarossi, hactenus episcopum Albinganensem.

— Cathedrali ecclesiae Insulensi, nuper erectae, Revmum Alexium Charost, hactenus episcopum titularem Miletopolitanum.

3 decembris. — Titulari ecclesiae archiepiscopali Hemesensi sac. Albertum Vassallo di Torregrossa, dioecesis Calatanisiadensis, delegatum apostolicum in Republica Columbiana.

4 decembris. — Metropolitanae ecclesiae Cassiliensi sac. Ioannem Harty, eiusdem archidioecesis.

— Cathedrali ecclesiae Bellevillensi sac. Henricum Althoff, eiusdem dioecesis, parochum loci vulgo *Okaville et Neshville.*

10 decembris. — Metropolitanae ecclesiae Managuensi sac. Ioannem Antonium Lezcano, archidiaconum ecclesiae cathedralis Leonensis in America centrali.

— Cathedrali ecclesiae Granadensi sac. Iosephum Candidum Piñol y Batres, archidioecesis de Guatimala.

11 decembris. — Titulari ecclesiae episcopali Toronensi sac. Isidorum Carrillo, dioecesis Leonensis in America centrali, ibique rectorem seminarii dioecesani.

16 decembris. — Cathedrali ecclesiae Sancti Galli, sac. Robertum Bürkler, canonicum eiusdem ecclesiae cathedralis, magistrum et rectorem seminarii dioecesani.

— Cathedrali ecclesiae Sanctae Marthae Revmum Franciscum Christophorum Toro, hactenus episcopum de Socorro.

S. CONGREGATIO RITUUM

BRIXIEN.

DECRETUM BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS SERVAE DEI MARIAE CRUCIFIXAE DI ROSA FUNDATRICIS CONGREGATIONIS ANCILLARUM A CARITATE.

Brixiae, e parentibus genere ac pietate claris, ortum duxit Maria Crucifixa Di Rosa, fundatrix Ancillarum a Caritate, in saeculo Paula, eodem die 6 novembris in lucem edita et baptismate regenerata. Adhuc puella, dilecta genitrice orbata, a patre in ephebeo Brixiensi instituenda

collocatur, ibique mansit usque ad XVII aetatis suae annum, quo, domum reversa, sedulam curam rei familiari impendit, domesticorum salutis imprimis sollicita, potissimum adolescentularum officinae sericariae addictarum, quas inter veluti missionaria se gessit. Asiatica lue per Insubriam grassante, Serva Dei, annuente patre, in nosocomio se tradidit in famulatum aegrotantium: postea quasdam sibi socias adiunxit ad cuiusvis generis infirmos iuvandos et ad adolescentulas educandas atque a periculis eripiendas, quibuscum novam familiam constituit, quae, Ancillarum caritatis nomine assumpto, a summo Pontifice Pio IX sa. me. probata prius, deinde die 8 aprilis 1851 confirmata fuit. Serva Dei vero insequenti anno sub nomine Mariae Crucifixae antistita renunciata, Congregationi praefuit usque ad diem 15 decembris 1855, cum, lethali iam morbo correpta, Ecclesiae sacramentis refecta, inter carissimas filias, quas ad misericordiam exercendam enixe hortata fuerat, placide obiit, aetatis suae anno XLII. Opinio sanctitatis, quam Dei Famula in vita adepta fuerat, post obitum magis clara et diffusa, usque in praesens, evasit, adeo ut super illa Inquisitiones Ordinariae Informativae in ecclesiastica Curia Brixiensi adornatae sint. Quibus absolutis et ad sacram Rituum Congregationem delatis, quum, ad normam iuris, omnia in promptu essent, instante R. P. Dominico Bonomi Congregationis Oratorii et Causae Postulatore, Emus et Rmus cardinalis Dominicus Ferrata eiusdem Causae Ponens seu Relator, in Ordinariis sacrorum Rituum Congregationis comitiis subsignata die ad Vaticanum coactis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An sit signanda Commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi ac Rmi Patres sacris tuendis Ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Alexandro Verde sanctae Fidei Promotore, omnibus accurate perpensis, rescribendum censuerunt: *Affirmative seu signandam Commissionem si Sanctissimo placuerit,* die 9 decembris 1913.

Facta postmodum de his sanctissimo Domino nostro Pio Papae X per subscriptum sacrae Rituum Congregationis Secretarium relatione, Sanctitas Sua rescriptum ipsius sacri Consilii ratum habens, propria manu signare dignata est Commissionem introductionis Causae beatificationis et canonizationis Servae Dei Mariae Crucifixae Di Rosa, fundatricis Congregationis Ancillarum a Caritate, die 10, eisdem mense et anno.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius.*

SACRA ROMANA ROTA

COCINCINAE OCCIDENTALIS.

NULLITATIS MATRIMONII (DÒ-SÒ).

Pio Pp. X feliciter regnante, Pontificatus Dominationis Suae anno decimo, die 14 iulii 1913, RR. PP. DD. Aloisius Sincero, Ponens, *Ioseph Mori et Fridericus Cattani, Auditores de turno, in causa* Cocincinae Occidentalis - Nullitatis matrimonii, *inter* Martham Sò *actricem, repraesentatam per legitimum procuratorem Hectorem De Angelis, advocatum ex officio, et* Petrum Dò, *interveniente et disceptante in causa Vinculi defensore ex officio, sequentem definitivam tulerunt sententiam.*

Anno 1910, Marta Sò, annos 18 nata, in loco vulgo Cu-Mi degens, matrimonium contraxit cum Petro Dò; at, ipsius patre vix mortuo, domum maritalem dereliquit et a iudice ecclesiastico petiit ut suum matrimonium nullum declararetur ex capite vis et metus, aut saltem ut a Sancta Sede super rato et non consummato dispensatio concederetur.

Processu expleto coram vicariatu apostolico Cocincinae Occidentalis, acta transmissa fuere ad S. Congregationem de disciplina Sacramentorum. Quum autem S. Congregatio censuisset causam iudiciario ordine servato agendam esse, causa huic sacro Ordini delata fuit, et nunc in prima instantia, ex commissione Sanctissimi, Nobis definienda venit sub consueta dubii formula: *An constet de nullitate matrimonii in casu.*

Factum quod attinet. Quomodo Martha Sò ad matrimonium ineundum cum Petro Dò a suo patre coacta fuerit, in primis ab ipsa actrice accipiendum est. Quum enim tractatus ad matrimonium praevii mediatoris ope expleti fuissent, ipse mediator patrem Marthae Sò rogavit, ut filiam suam advocaret. Ipse autem renuit dicens: « Eam in matrimo-« nium, velit nolitve tradam. Si me cogis eam arcessere, arcessam; « siquidem consenserit, eam despondebo; sed si renuerit, quid faciam? ».

Martha autem in hoc matrimonium non consentiebat, quod et multoties parentibus declaraverat ingenuis his verbis: « Quia Petrum Dò non « amo, ideo non consentio ».

Interrogata autem quid tunc temporis pater suus fecisset, ipsa sub iuramento fassa est: « Tunc temporis pater meus gravissima tussi labo-« rans, me arcessivit et interrogavit: " Nonne consentis? „. Respondi me « non consentire eo quod eum non amarem. Et pater iratus iussit me « humi procumbere, et, virga me tertio percutiens, minatus est se, si « persisterem renuens, capillos meos abscissurum esse, caput pice resper-« surum, vestes meas donaque omnia resumpturum, meque expulsurum « et obnegaturum. Hac nimia ira quasi exanimatus, supremum spiritum « iam iam redditurus erat. Quod videns frater meus iunior, nomine Dinh, « et timens ne moreretur, mihi leniter suasit ut consensum exprimerem, « ne pater vita cederet, meos fratres orphanos relinquens. Primum con-« sentire me negavi, deinde autem instanti fratri ut consensum prae-« berem, quem parentibus referret, dixi ut quidquid libuerit faceret. Ille « patri retulit me consensum dedisse. Tum, matre iubente, patrem adii, « veniam petitura: " Pater, inquiens, in posterum non committam ut « tibi ultra contradicam „. Septem exinde sequentibus diebus prae tri-« stitia cibo abstinui. Quod animadvertens pater me vocavit, volens me « funiculis vincire et virga caedere, ego autem matris iussu refectionem « cepi. Ex eo tempore matri nec non fratri Dinh pluries dixi me nulla-« tenus consentire ».

Hinc factum est ut, cum de bannorum proclamatione ageretur, parocho interroganti ipsa responderit se consentire, sed externis tantum verbis, et in matrimonio celebrando exterius tantum, ut ipsa fassa esset, consenserit.

Quum igitur censeret matrimonium suum invalidum esse, sero in mariti habitaculum se recipere noluit, neque illuc ivit nisi iterum a suis parentibus coacta. Matrimonium vero, ut affirmat ipsa, consummatum non fuit; multoties enim a Petro Dò rogata, coacta, renuit in eodem vel cubili sterni, stragulo aut strato circumvoluta seorsum cubans. Patre autem vix mortuo, domo maritali derelicta, Martha ad parentes suos se recepit.

Porro Martham Sò ad matrimonium cum Petro Sò ineundum gravi et iniusto metu a patre incusso coactam fuisse, plures iique fide digni testes sub iuramento confirmarunt.

Nam Paulus Dinh, Marthae frater, testatus est: « Cum ultima vice « venisset mediator, pater meus eam virga cecidit, minans se eam, cae-« sarie tonsa, abdicaturum depulsurumque esse. Ego autem videns patrem « nimis fatigatum, sororem ut consensum exprimeret hortatus sum, ne « ille subito moreretur, neque minores orphani fieremus. Tunc soror mihi « dixit ut pro libitu facerem, et ego, introgressus, patri omnia retuli.

« Sororius meus, Petrus nempe Dò, mihi commisit thecam sorori per-
« ferendam, quam traditam soror recipere renuit. Cum sororius patrem
« meum moribundum visitaret, hic ab illo quaesivit quomodo res se
« haberent, persuadens concordiam ... Deinde a patre interrogatus utrum
« coniugale debitum nec ne redderetur, negative respondit ... ».

Maria autem Vui, Marthae mater, fassa est: « Sò nulli adfuit qua-
« tuor conversationum mediatoris. Negavit se consentire. In ultima con-
« versatione pater eius se eam in matrimonium traditurum annuit. Ille
« filiam verberavit, et voluit eam capillis privare; propterea Sò dixit
« ut quidquid fieret pro libitu ... Cum Dò, post confessionem sacra-
« mentalem, venisset ad invisendum coniugem meum moribundum, et
« hic ab eo seorsum inquisisset: " Utrum nec ne ambo invicem concor-
« diam habeatis mihi sincere indica „. " Minime, ait Dò, ne semel quidem
« actum coniugalem habuimus „. Haec mihi retulit coniux meus, monens
« ut post suam mortem filiam reprehenderem et admonerem ... ».

Anna Binh, fratria Marthae Sò, deposuit se audivisse Martham Sò tum ante mediatoris adventum, tum post bannorum proclamationem dicentem se non consentire, quod bis vel ter audisse et Mariam Kinh, fratriam et ipsa Marthae, confirmavit.

Item Anna Thien, uxor mediatoris, testata est: « Paulo ante matri-
« monii celebrationem pater Sò me rogavit ut hanc (Martham) ad con-
« sentiendum inducerem. Quae mihi dixit: " Vehementer parentes mei
« me incitant ... „ ».

Et Anna Ngot: « Sò dixit parentes vim ipsi inferre, sed se nullo
« modo consensum daturam ... ».

Nec satis: nam R. D. Ioannes Guèguend, missionarius apostolicus, degens in La-Gi, et curam habens districtus in quo paroecia Cu-Mi sita est, deposuit: « Ante bannorum proclamationem Martha Sò mihi dixit
« se non consentire huic matrimonio, ad quod pater suus eam cogeret
« vi et minis; et me rogavit ut hoc dicerem suo parocho R. D. Lefebre,
« quod feci ». R. Dominus autem Augustinus Lefebre, qui adstitit celebrationi, fassus est: « Iniunxi ei (Marthae) ut clare diceret se consentire
« aut non consentire ... Tum pater eius, utpote praesens, acriter ait:
« " Te consentire aut non consentire liquido profer ... „ ».

Quinimo et inter testes ex adversa parte adductos, de imperiosa voluntate et obiurgationibus patris deponunt Paulus Cân, et Martha Dàn. Dominicus autem Minh testatus est se audivisse Martham Sò « negare
« se velle maritum ».

Petrus Quà refert se a Martha Sò quaedam audisse, ex quibus non obscure infertur ipsam renuisse debito coniugali concedendo. Thaddaeus

autem Bòn affirmat se accepisse a medico qui patrem Marthae curavit, patrem ipsum questum fuisse quod ambo iuvenes non maritaliter cohabitarent.

Nec silentio praetereundum est Vicarium apostolicum ita quoad matrimonii validitatem sui animi sensum aperuisse: « Connu la men-« talité annamite, l'autorité paternelle, et la crainte révérentielle des « enfants, il semble bien que Marthe Sò n'a point consenti à ce ma-« riage. C'est également l'avis de deux Vicaires apostoliques voisins, que « j'ai cru devoir consulter ».

Ex testium igitur depositionibus, et ex circumstantiis tum matrimonium antecedentibus, tum consequentibus, nullum superest dubium Martham Sò gravi et iniusto metu coactam fuisse ad matrimonium ineundum cum Petro Dò.

Ius quod spectat. In cap. XIV, *De Sponsalibus et Matrimonio* statuitur: « Cum locum non habeat consensus, ubi metus vel coactio inter-« venit, necesse est ut ubi assensus cuiusque requiritur, coactionis « materia repellatur. Matrimonium autem solo consensu contrahitur, et « ubi de ipso quaeritur, plena debet securitate ille gaudere, cuius est « animus indagandus, ne per timorem dicat sibi placere quod odit, et « sequatur exitus, qui de invitis solet nuptiis provenire ».

Haec autem confirmantur ex cap. 15 et 28 eiusdem tituli, et ex cap. *De eo qui duxit* ...

Hinc a theologis et a canonistis unanimiter infertur, atque a constanti iurisprudentia canonica firmatur matrimonium ex metu gravi contractum in utroque foro externo et interno esse irritum, si is metus iniuste ac directe ad matrimonium extorquendum sit incussus; S. Thom., *Suppl.*, qu. 47, a. 3; Sanchez, *De Matr.*, lib. 4, dis. 12, n. 18; Pirhing, lib. IV, *Decr.*, tit. 1, n. 98; Reiffenstuel, eod. tit., n. 325; Pichler, eod. tit., n. 119; Gasparri, *De Matr.*, II, n. 930 et seqq.; Wernz, *De Matr.*, II, n. 255, etc.

Species metus est metus *reverentialis*. Et ille, cum D'Annibale (*Theol. mor.*, I, n. 138), dicitur quem sui auctoritate facit is, in cuius potestate sumus; puta praelatus, dominus, pater, maritus, tutor (Ex l. 22, *De Rit. Nupt. Pont. M.*, lib. IV, cap. 5; Salm. *IX*, 9, 34; S. Alph., VI, 1056). Definitur futuri mali existimatio, quod ab his metuimus, in quorum potestate sumus (Pont., n. 1; Salm. I). Et ab ingenio et moribus eius metiri cum primis debet (Less., II, 17, 35; Pont., n. 4). Nec eius est qui fecit ut morem eius gereret, si non fecit invitus (Lugo, n. 150). Hunc nonnulli esse putant eius, qui solam domini, patris, etc. offensam

veretur; alii contra, eius qui ab eo metuit aliquid grave; v. g. exheredationem, expulsionem, etc. Neutrum plene; non primum quia metus sine periculo alicuius damni non intelligitur (L. 6, c. *De his quae vi;* Pont., n. 3): non alterum, quia ubi tam grave damnum impendit, timor gravis simpliciter dicendus est. Itaque timor reverentialis dicitur, cum aliquis patris, domini, etc., indignationem (quae profecto malum est) metuit, licet absint (quod tamen limitat Sanchez, n. IV, VI, 7, 11, 12, 13, 14) verbera aut minae. Quae si gravia et diuturna futura sint, malum grave, ideoque et metus gravis non immerito existimabitur (Sanchez, cit., n. 14; Pont., n. 6; Salm. *IX*, 9, 34; Reiff., III, 31, 115).

Quamvis igitur metus reverentialis per se et in genere sit levis (Pichler, lib. IV, tit. 1, n. 108; Wernz, *De Matr.*, II, n. 264, etc.), tamen si indignatio quae timetur, gravis et diuturna existimatur, fit gravis in genere suo (D'Ann., cit; Sanchez, cit., lib. IV, dis. 6, 14), aut si adiungantur iurgia, minae aut verbera, etc., fit qualificatus, ideoque irritat matrimonium (Pirhing., lib. IV, *Decr.*, tit. 1, n. 109; Pichler, cit., ib.; Wernz, cit., ib., etc.), atque pro gravi in foro externo praesumendus, si hae circumstantiae adsint (Gasparri, *De Matr.*, II, n. 942; Santi, lib. IV, tit. 1, n. 144, etc.).

In casu metum fuisse gravem, qualificatum, et incussum in ordine ad extorquendum matrimonium, evidens est, sed nec ullum dubium ipsum fuisse quoque iniustum; etsi enim parentes possint licitis mediis suadere filiis honestas nuptias, nullum tamen ius habent ad eos invitos cogendos imperio, vi aut minis, prout in casu verificatur. Neque opponi potest ex narratione actricis inferendum esse ipsam cessisse suasionibus fratris, ac proinde matrimonium magis pietati erga fratres suos adscribendum, quam metui per patrem illatum. Verba enim actricis fratri suadenti prolata consensum mere externum exprimunt, atque sui deditionem voluntati et imperio patris; vel si cessit, cessit omnino invita (Lugo, n. 150), et sub influxu imperii et minarum patris (D'Annib., cit. *in fin.*).

Neque dici potest metum tantum ab initio intercessisse; nam et postquam ipsa se dedidit et subiecit imperio et minis patris, iterum pater ipsius voluit eam virga caedere et funiculis vincire, eo quod hac de causa cibo abstineret; quumque parochus Martham interrogavit utrum consentiret necne, praesens erat ipsius pater, qui eam acriter increpavit, ideoque plena securitate iuxta caput XIV, *De Spons. et Matr.*, non gaudebat.

Ceterum metum perseverasse tum ante, tum post bannorum proclamationem usque ad celebratum matrimonium manifeste eruitur tum

ex narratione actricis, tum ex testimoniis Annae Binh, Mariae Kinh, ceterisque testimoniis ac circumstantiis; ipsam vero non ancipitem et haesitantem, sed vere invitam et reluctantem fuisse, omnia testimonia supra allata invicte probant.

Neque iterum officit iudicem actricem non interrogasse super legitima petitione Petri Dò, cur nempe initialem mutuam pacem Martha subvertens a die mortis patris eius, dixerit se consensum amplius non praestare. Nam ipsa satis superque dixerat se matrimonio vel omnino non consensisse, vel consensisse coactam metu gravi a patre incusso, atque credidisse invalidum esse suum matrimonium. Ceterum cohabitationem pacificam minime fuisse testantur, inter ceteros, Anna Binh, Maria Kinh, R. D. Ioannes Guèguend, Maria Viu.

Quibus omnibus tum quoad factum tum quoad ius perpensis et consideratis, Christi nomine invocato, nos infrascripti Auditores de turno pro tribunali sedentes, et solum Deum prae oculis habentes, decernimus, declaramus et definitive sententiamus, *Constare de matrimonii nullitate in casu,* seu proposito dubio respondemus: *Affirmative.*

Ita pronunciamus, mandantes Ordinariis locorum et ministris tribunalium ad quos spectat, ut exsequutioni mandent hanc nostram definitivam sententiam, et adversus reluctantes procedant ad normam sacrorum canonum, et praesertim cap. 3, sess. XXV, *De Reform.* Conc. Trid., iis adhibitis exsecutivis et coërcitivis mediis quae magis efficacia et opportuna pro rerum adiunctis exstitura sint.

Datum Romae, in sede Tribunalis sacrae Romanae Rotae, die 14 iulii 1913.

Aloisius Sincero, *Ponens.*
Ioseph Mori.
Fridericus Cattani.

Ex Cancellaria, 11 augusti 1913.
Sac. T. Tani, *Notarius.*

SECRETARIA STATUS

DE PROMULGATIONE QUARUMDAM PONTIFICIARUM CONSTITUTIONUM AC LEGUM.

Ex audientia Sanctissimi, die 26 decembris 1913.

Completa nuper editione voluminum quae *Acta Pii X* inscribuntur, ad dubitationem quamlibet praecavendam de legitima promulgatione Pontificiarum constitutionum ac legum in iis insertarum; Ssmus Dñus noster Pius divina providentia PP. X, referente me infrascripto Cardinali a Secretis Status, decernere dignatus est: omnes ac singulas Constitutiones ac leges, in quatuor praedictorum *Actorum* voluminibus contentas, plenissime promulgatas atque idcirco ratas firmasque habendas esse, perinde ac si in commentario officiali " *Acta Apostolicae Sedis* „ insertae verbo ad verbum fuissent. Contrariis quibusvis, etiam speciali ac individua mentione dignis, minime obstantibus.

Datum Romae, e Secretaria Status, die, mense et anno praedictis.

R. Card. Merry del Val.

L. ✠ S.

EPISTOLA.

AD R. P. D. HECTOREM IRENAEUM SEVIN, LUGDUNENSIUM ARCHIEPISCOPUM, DE ANNUO CONGRESSU IURISCONSULTORUM CATHOLICORUM GALLIAE, LUGDUNI HABENDO.

Monseigneur,

Le Saint-Père a éprouvé une vive satisfaction en apprenant, par la lettre de Votre Grandeur du 29 septembre dernier, que le XXXVII^e^ Congrès annuel des Jurisconsultes Catholiques de France, qui se tiendra à Lyon, sous votre présidence, le 27 octobre prochain, aura pour objet de ses travaux les *rapports entre l'Église et l'État.*

Pour l'étude et la discussion d'une matière si importante, les Jurisconsultes catholiques trouveront la route tracée avec toute la sûreté et la clarté désirables dans les enseignements pontificaux; c'est pourquoi ils ne sauraient mieux faire que de s'en tenir fidèlement à la doctrine

exposée dans les immortelles Encycliques de Léon XIII, et, pour ce qui regarde en particulier les événements survenus récemment en France, ils s'attacheront aux actes si sages du Souverain Pontife Pie X, actuellement régnant.

Cette doctrine du Saint-Siège a été mise en lumière par d'insignes théologiens et juristes, au nombre desquels, à côté des cardinaux Tarquini et Cavagnis, dont Votre Grandeur rappelle si opportunément les noms, il convient de mentionner aussi l'éminentissime cardinal Billot, honneur de l'Église et de la France.

On trouvera dans cet arsenal précieux de quoi réfuter les erreurs anciennes et modernes dont sont imbus les ennemis de l'Église, et desquelles ne semblent pas toujours tout à fait exempts quelques-uns même des écrivains catholiques, notamment quand ils conçoivent les deux sociétés, ecclésiastique et civile, comme simplement *coordonnées* entre elles, ou quand ils limitent à un pouvoir purement *directif* la *juridiction indirecte* que l'Église a le droit d'exercer sur les choses temporelles, lorsqu'elles ont un côté surnaturel.

Une fois que les Congressistes auront nettement affirmé les vrais principes fondamentaux, qui règlent les rapports entre l'Église et l'État, principes basés sur le droit divin et par conséquent immuables, il leur sera facile d'apprécier avec justesse les relations de l'Église avec les états particuliers, aussi bien dans leur évolution historique, que dans l'état actuel, aussi bien en général, que par rapport à chacune des institutions juridiques. Ils en arriveront alors à conclure, que si, d'une part, la réalisation de la concorde entre les deux pouvoirs, conformément aux vraies maximes du droit public ecclésiastique, est souverainement avantageuse au bien des âmes et à la félicité des peuples, par contre la situation, qui est faite à l'Église dans un bon nombre d'états, est bien loin de répondre aux principes sus-mentionnés, et, qui plus est, cette situation faite à l'Église est parfois en réalité injurieuse et intolérable, au grand détriment de la paix religieuse et même de la concorde et de la prospérité civile.

Plaise à Dieu que les études et les résolutions des Jurisconsultes Catholiques, suivies d'une action pratique, constante et féconde, contribuent à ramener les esprits vers la profession des pures et saines doctrines, et au respect des droits inviolables de l'Église, instituée par Jésus-Christ comme société indépendante et parfaite.

Pour procurer ces heureux résultats, le Souverain Pontife envoie bien volontiers à Votre Grandeur, aux Congressistes et à leurs travaux Sa meilleure Bénédiction.

Recevez, Monseigneur, avec mes vœux personnels pour la pleine réussite du Congrès, l'assurance de mes sentiments très dévoués en Notre Seigneur.

Du Vatican, le 14 octobre 1913.

R. CARD. MERRY DEL VAL,

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO.

NOMINE.

Con Biglietti della Segreteria di Stato il Santo Padre si è degnato di nominare:

12 dicembre 1913. — L'Emo signor cardinale Antonio Vico, *Protettore della Congregazione delle Figlie del santissimo ed immacolato Cuore della beata Vergine Maria.*

13 dicembre 1913. — L'Emo signor cardinale Gennaro Granito Pignatelli di Belmonte, *Protettore dell'Istituto dei canonici Regolari dell'Imm. Concezione.*

20 dicembre — L'Emo signor cardinale Guglielmo van Rossum, *Protettore delle Suore di santa Croce in Ingebohl nella Svizzera, e della Congregazione delle Suore del Terz'Ordine di san Francesco Serafico e di san Felice da Cantalice.*

31 dicembre. — L'Emo signor cardinale Ottavio Cagiano de Azevedo, *Protettore delle Suore Figlie del Calvario.*

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre si è degnato di nominare:

Camerieri Segreti soprannumerarii di S. S.:

1 dicembre 1913. — Mons. Enrico Sanchez Paredes, dell'archidiocesi di Angelopoli (Messico).

— Mons. Ignazio Gonzalez, della medesima archidiocesi.

— Mons. Giacomo Hoffelner, della diocesi di Budweis.

— Mons. Carlo Slavik, della medesima diocesi.

5 dicembre 1913. — Mons. Antonio Frollo, parroco di S. Giacomo dall'Orio in Venezia.

21 dicembre. — Mons. Enrico Benedetti, minutante della sacra Congregazione di Propaganda Fide per gli affari di Rito Orientale.

22 dicembre. — Mons. Pietro Erlacher, dell' archid. di Monaco (Bav.).

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

30 novembre 1913. — Mons. Antonio Kúgyelka, della diocesi di Neosolio.

— Mons. Arnoldo Bobok, della medesima diocesi.

1 dicembre. — Mons. Teodoro Kasper, della diocesi di Budweis.

4 dicembre. — Mons. Francesco Kelbl, della diocesi di Brünn.

5 dicembre. — Mons. Eugenio Lampe, della diocesi di Lubiana.

— Mons. Michele Arko, della medesima diocesi.

— Mons. Leonardo Martino Iurgens, della diocesi di Bois-le-Duc.

7 dicembre. — Mons. Alfonso Gutierrez, dell'archidiocesi di Puebla de los Angeles.

— Mons. Porfirio Ruiz, della medesima archidiocesi.

15 dicembre. — Mons. Lauro Ferrari, della diocesi di Tortona.

17 dicembre. — Mons. Barnaba Tost de Banyavölgy, della dioc. di Cassovia,

22 dicembre. — Mons. Giuseppe Beniamino Scaiano, della dioc. di Livorno.

Cappellano Segreto d'onore di S. S.:

5 dicembre 1913. — Mons. Carlo Menegazzi, vicario di S. Moisè in Venezia.

Cameriere Segreto di Spada e Cappa soprannumerario di S. S.:

11 dicembre 1913. — Il sig. Barone Antonio de Ow Felldorf, della diocesi di Passavia.

I.

INDEX GENERALIS RERUM

ACTA PII PP. X.

Constitutio Apostolica, 297.
Apostolicae sub plumbo litterae, 481.
Motu proprio, 5, 145, 449, 545.
Litterae Apostolicae, 25, 57, 89, 113, 151, 233, 265, 301, 337, 361, 385, 417, 485.
Epistolae, 29, 153, 177, 209, 267, 362, 387, 420, 452, 487, 513, 546.
Allocutiones, 58, 147.

SACRAE CONGREGATIONES.

Suprema S. Congregatio S. Officii:
Sectio de Indulgentiis, 32, 122, 154, 210, 236, 271, 303, 364, 429.
S. Congregatio Consistorialis:
a) *Documenta*, 60, 124, 238, 272, 307, 455, 492, 517.
b) *Erectiones et immutationes finium dioecesum*, 94, 182, 430, 548.
c) *Provisio Ecclesiarum*, 6, 95, 183, 238, 338, 365, 391, 491, 549.
S. Congregatio de disciplina Sacramentorum, 183.
S. Congregatio Concilii, 34, 96, 365.
S. Congregatio de Religiosis, 7, 62, 156, 184, 240, 366, 431.
S. Congregatio de Propaganda Fide:
a) *Documenta*, 40, 215, 249, 273, 308, 366, 432, 497.
b) *Nominationes*, 8, 65, 185, 215, 251, 276 309, 339, 369, 433, 518.
c) *Cessationes ab Officio*, 185, 216.
S. Congregatio de Propaganda Fide pro negotiis Rituum Orientalium, 393.
S. Congregatio Indicis:
a) *Documenta*, 9, 216, 276, 498.
b) *Subiectionis declarationes*, 10, 277.
S. Congregatio Rituum:
a) *Decreta de Beatificatione vel Canonizatione*, 10, 41, 162, 252, 309, 434, 520, 550.
b) *Liturgica*, 43, 65, 124, 186, 278, 311, 370, 399, 434, 457, 519.

TRIBUNALIA.

S. Poenitentiaria Apostolica, 279.
S. Romana Rota, 13, 44, 74, 97, 125, 164, 188, 217, 253, 280, 312, 340, 372, 400, 439, 464, 499, 523, 552.
Signatura Apostolica, 51, 138, 355, 379, 531.

OFFICIA.

Secretaria Status: 17, 53, 141, 226, 289, 333, 446, 473, 508, 534, 558.

Commissio Pontificia de Re Biblica, 291.

Diarium Romanae Curiae:
a) *Congregationes Ss. Rituum*, 21, 86, 110, 173, 230, 261, 294, 334, 358, 382, 415, 509.
b) *Concursus ad Officia*, 20, 86.
c) *Monitum*, 21.
d) *Nominationes*, 21, 54, 86, 111, 143, 174, 207, 230, 262, 294, 335, 359, 383, 416, 447, 479, 510, 540, 560.
e) *Necrologium*, 24, 56, 88, 112, 144, 176, 208, 232, 264, 336, 360, 384, 448, 480, 512, 544.
f) *Erratum*, 336.

II.

INDEX DOCUMENTORUM

CHRONOLOGICO ORDINE DIGESTUS

Anno	Mense	Die		Pag.
			ACTA PII PP. X	
			I. - Constitutio Apostolica.	
1913	Iun.	29	*In praecipuis.* - De novo ad Lateranum seminario deque aliis institutis in Urbe pro Romano Italoque clero	297
			II. - Apostolicae sub plumbo Litterae.	
»	Oct.	25	*Consistoriali decreto.* - Erectio novae dioecesis Insulensis.	481
			III. - Motu proprio.	
1912	Dec.	17	*Supremum officium.* - Quo providetur regimen Ordinis Fratrum Minorum Conventualium durante infirma valetudine Ministri Generalis	5
1913	Ian.	25	*Litteris Apostolicis.* - Abbati Primati S. Anselmi de Urbe coadiutor adiungitur	145
»	Oct.	23	*Abhinc duos annos.* - De Officiis divinis novo aliqua ex parte modo ordinandis	449
»	Dec.	22	*In litteris Nostris.* - De canonicis, qui inter praelatos domesticos relati non sint, e Capitulis privilegia protonotariorum habentibus	545
			IV. - Litterae Apostolicae.	
1912	Dec.	12	*Apostolatus munus.* - Erectio novi vicariatus apostolici de Kivu in Africa.	25
»	»	18	*Romani Pontifices.* - Facultas conferendi gradus academicos in iure canonico conceditur metropolitano seminario maiori Mediolanensi.	57
1913	Ian.	8	*Beati Petri.* - Conceduntur in honorem sanctissimae Eucharistiae quaedam indulgentiae plenariae ad decennium in ecclesiis Ordinis Minorum in Hispania lucrandae.	121

Anno	Mense	Die		Pag.
1913	Ian.	10	*Eximiae charitatis.* - Pium opus « a suffragio sacerdotali » erigitur in archisodalitatem cum facultate ubique aggregandi	361
»	»	20	*Cum Nobis.* - Consociatio a S. Corde Iesu pro piandis in purgatorio igne detentis animabus, novum templum, omniaque opera a pio sacerdote P. Victore Jouët instituta, sodalibus Missionariis a S. Corde Iesu provinciae Italicae administranda concreduntur	26
»	»	28	*Magno est semper.* - Erectio novi vicariatus apostolici de Banguelo, territorio Nyassensi in duas partes separato	233
»	Febr.	10	*Archicoenobium Casinense.* - Privilegia atque indulgentia in forma iubilaei pro inauguratione cryptae S. Benedicti in cathedrali Casinensis archicoenobii templo feliciter restitutae	113
»	»	11	*Salutare maxime.* - Adprobatio in perpetuum Constitutionum Congregationis Canonicorum Regularium immaculatae Conceptionis	117
»	»	23	*Mandatum illud.* - Praefectura apostolica Tripolitana in vicariatum apostolicum erigitur, titulo de Lybia distinctum	234
»	Mart.	8	*Magni faustique.* - Indicitur universale Iubilaeum in memoriam pacis a Constantino Magno imperatore Ecclesiae datae	89
»	»	27	*Cum hoc anno.* - Facultas celebrandi pontificale Sacrum ad altaria papalia	151
»	»	30	*Significat Nobis.* - Facultas erigendi societates titulo divini Infantis Pragensis ubique terrarum in perpetuum	152
»	April.	28	*Refert ad Nos.* - Sodalitas « Mariae reginae cordium », Romae erecta in sacello Societatis Mariae a B. Montfort, in archiconfraternitatem evehitur cum facultate aggregandi ubique terrarum	485
»	Maii	10	*Ecclesiarum omnium.* - Erigitur novus vicariatus apostolicus, titulo de Fianarantsoa distinctus, in insula Madagascar	235
»	»	22	*Mandatum illud.* - Praefectura apostolica in Indiis orientalibus erigitur in dioecesim, a civitate « Aimer » Aimerensem appellandam	265
»	»	»	*Quae catholico nomini.* - Erectio provinciae ecclesiasticae Simlensis in Indiis orientalibus	266
»	Iun.	3	*In pluribus.* - Indulgentiae perpetuae conceduntur sodalitati « Infantes diligentium » ubique terrarum	301
»	Iul.	4	*Felix catholicae.* - Praefectura apostolica de Urubamba in apostolicum vicariatum erigitur, de Urubamba et Matre Dei dictum	337

Anno	Mense	Die		Pag.
1913	Iul.	15	*Per similes Litteras.* - Conceduntur indulgentiae plenariae et partiales archisodalitio « a suffragio sacerdotali » Neapoli erecto.	385
»	»	24	*Nostra plurimum.* - Societas « ab oratione assidua pro Pontifice », Barcinone instituta, erigitur in archisodalitatem cum facultate aggregandi ubique terrarum	417
»	Aug.	17	*Exstat in loco.* - Archiconfraternitas sancti Christophori in oppido « Saint-Christophe le Jajolet » dioecesis Sagiensis erecta, indulgentiis ditatur . . .	418

V. - Epistolae.

1912	Nov.	1	*Tuae sane.* - Ad R. P. D. Iosephum A. Archambeault, Joliettensium episcopum, de florenti statu collegii Joliettensi, gratulationis ergo	29
1913	Ian.	23	*Una cum officiosis.* - Ad R. P. D. Petrum E. Garcia Naranjo, archiepiscopum Limanum, ceterosque Peruanae reipublicae Episcopos, post concilium ab eisdem Limae celebratum	30
»	Febr.	8	*Gratae Nobis.* - Ad R. P. D. Iosephum Angelucci, episcopum Civitatis Plebis, eiusdemque dioeceseos clerum utrumque, qui beatissimo Patri singularis venerationis adhaesionisque specimen exhibuerunt .	31
»	Mart.	1	*Ubi reipublicae.* - Ad R. P. D. Antonium Mendes Bello, patriarcham Lisbonensem, recentiora reipublicae Lusitanae in Ecclesiam acta conqueritur	420
»	»	23	*Quod propediem.* - Ad Vincentium card. Vannutelli, quem Parisios, ut saecularibus sollemnibus in honorem Friderici Ozanam habendis praesit, Legatum suum mittit, summis laudibus Ozanam eiusque operam prosecutus	177
»	»	26	*Gratias vobis.* - Ad RR. PP. DD. Bernardum Herrera Restrepo, archiepiscopum Bogotensem, ceterosque Archiepiscopos et Episcopos reipublicae Columbianae, gratus ob litteras pietatis plenas, quas communiter miserant	178
»	»	29	*In tanta.* - Ad virum illustrem Emmanuelem comitem De Torre Diaz, praesidem virorum coetus moderando operi « Catholic seamen's home and institute » nuncupato	153
»	April.	2	*Quae nuper.* - Ad R. P. D. Germanum Breton, Antistitem domus pontificiae, rectorem Tolosanae studiorum Universitatis catholicae; gaudet de ordinatione studiorum, laudat incrementa disciplinae philosophicae, cupit numerum alumnorum augeri.	179
»	»	8	*Inter publicas.* - Ad Dominicum card. Ferrata, archipresbyterum Lateranensem, quem renuntiat Lega-	

Anno	Mense	Die		Pag.
			tum suum ad conventum eucharisticum Melitensem	180
1913	Apr.	28	*Laudari satis.* - Ad Franciscum Virgilium card. Dubillard, archiepiscopum Camberiensem; Sacerdotale foedus « Pro Pontifice et Ecclesia », cuius ille conditor et moderator est, laudibus prosequitur. . .	209
Nicaraguensis dioecesis, novo nomine *Leonensis* nuncupanda, a provincia ecclesiastica Guatimalensi eximitur, et certa territoria cedit efformandis archidioecesi Managuensi, cui subdita erit, dioecesi Granadensi, etvicariatui apostolico Bleufieldsensi, 549.

Le Nobletz Michaël (*Ven.*), in Armorica natus, et adhuc puer a beatissima Virgine mire excultus, totum se dedit animarum saluti curandae. Scholis apud Patres Societatis Iesu magna cum laude dans operam, oblatum ab Episcopo Leonensi beneficium recusavit, incurrens ex hoc parentum indignationem, qui domo eum expulerunt et gregis custodiae addixerunt, quod munus humillime obivit, usquedum patris, ad meliores sensus reversi, benedictione accepta, Parisios petivit et sacerdotio auctus est. In patriam reversus vitam eremiticam agens, 520, missionibus in populos magno cum fructu se addixit, et, ex obedientia, parochi munus piissime exercuit. In novitiatum Ordinis Praedicatorum cooptatus, indeque dimissus, Armoricae fidelibus, rudibus et religionis ignorantibus erudiendis se mancipavit, et malorum hominum machinationes quibus de loco in locum eiectus fuit, maxima cum patientia tulit, ecclesiasticae auctoritati semper obse-

quens, et abstinentia, paupertate et liberalitate in egenos clarus, 521. Aetate provectus, in missionibus suis patrem Iulianum Maunoir S. I., sibi adiunxit, ut eae continuari post suam mortem possent, et doloroso morbo fortiter tolerato, in pace quievit. Demortuum flevere omnes Armoricae et summa veneratione sunt prosecutae, ac causa beatificationis apud S. R. C. introducta, 522; editur nunc decretum de virtutibus eius heroicis ad beatificationem, 523.

Nominis Iesu festum celebretur Dominica quae a die 2 ad 5 ianuarii occurrat, 450, 458.

Norvegiensi vicariatui apostolico adnectitur archipelagus de Spitzberg, 275.

« *Nouveau Psautier du Bréviaire Romain* », liber a can. Pannier conscriptus, laudatur, 333.

Nullitates in S. Rota admittuntur tribus tantum ex capitibus, iurisdictionis seu competentiae, mandati et citationis, 281.

Numismata scapularibus sufficienda. omnia quae in ecclesia vel quodam conventu habentur, etiam si non videantur, benedici possunt a sacerdotibus scapularia benedicendi facultate pollentibus, per unicum signum Crucis, et valent tum pro fidelibus qui iam scapularia receperunt, tum pro iis qui in posterum ea recepturi sunt ab ipsa receptionis die, 303.

Nyassensis vicariatus apostolicus in duos scinditur, ad efformandum novum vicariatum de Banguelo, 233.

O

Obiecta a Summo Pontifice benedicta, v. *Indulgentiae.*

« *Obsecro te* » oratio, indulgentiis iam ditata, eas non amittit, si quaedam certa verba ei addantur, 123.

Observantia est certior contractus interpretatio, 506.

Octavae: - *Duplicium I classis,* quae non sint privilegiatae, ad omnes Horas Antiphonas et psalmos de Psalterio Feriae currentis sumant, 450, 460; cedunt tamen in die Octava festis eiusdem Personae, quae sub ritu et cum privilegiis Octavae propria celebrantur, nisi eis maiora competant, 462.

— *Duplicium II classis* celebrentur tantum in die Octava, et quidem sub ritu simplici, 451, 460.

— *privilegiatis* adscribitur etiam Octava Ascensionis, 460.

Oeconomica res: de ea disciplinas inductas esse in catholico Instituto Parisiensi gaudet B. P., 490.

« *Oeuvre des lectures* », fidelibus per scripta, etiam periodica, indicando valori librorum aliorumque scriptorum morali et religioso, probatur, 19, ac perutilis nunc temporis, quamquam perdifficilis, editur, 20.

O' Keefe Eugenius epistolam accipit, qua B. P. eum laudat ob professionem sinceram catholicae fidei, ob beneficentiam omne genus exercitam, et praecipue ob munificentiam in opus novi seminarii collatam, 489.

Optio ad praebendas canonicales, 217.

Oranensis cathedralis in templo S. Ludovici constituta, ad novas aedes Ssmi Cordis Iesu transfertur, 391.

Oratione assidua pro Pontifice (*Societas ab*), Barcinone canonice instituta, magno sociorum etiam e religiosis familiis numero praestans, plures functiones sacras maximo cum emolumento fidelium celebrans, frequentis Communionis et devotionis in Romanum Pontificem auctrix laudatur, 417, et in archisodalitatem erigitur cum facultate aggregandi ubique terrarum, 418.

Oratorii privati: in eis Missae permittuntur in festis Commemorationis solemnis S. Ioseph et Ssmi Corporis Christi, Annuntiationis B. M. V. et Patroni loci quae non sint de praecepto, necnon in festo Ssmae Trinitatis, 183, in Dominica infra Octavam Corporis Christi, et in Nativitate S. Ioannis Baptistae, 184.

Ordines Religiosi: eis libertatem et bona adempta dolet B. P., 150.

Ottaviensis archidioecesis cedit certum territorium, novae efformandae dioecesi Montis Laurei, 430.

Ozanam Antonius Fridericus: gaudet B. P. eum qui in illustranda scriptis et factis salutari virtute fidei catholicae brevem vitam consumens praeclarus exstitit christianae sapientiae vindex, occasione exeuntis saeculi ab eius ortu, a Societate Vincentiana *conferentiarum*, cui instituendae, devotione in B. Virginem et

caritate in pauperes excellens, et salutem civilis consortii unice in reditum ad religionis mandata videns, 288, in omnibus miseriis humanis sublevandis, supernaturalem eorum perfectionem quaerens, maximam navavit operam, solemniter celebratum iri, 177, 228; et ad coetum Societatis eiusdem Legatum suum mittit Vincentium card. Vannutelli, 178; quae Societas laudatur, quia brevi, in complures regiones diffusa, maximos Ecclesiae fructus parat, 229.

P

Pannier can., sacrae Scripturae scientia peritus, gratias accipit ob librum « Nouveau Psautier du Bréviaire Romain », B. P. oblatum, quo intelligentia sacrae liturgiae augetur, 333.

Papalia altaria: ad ea missas, aliasque solemnes functiones ob sollemnia Constantiniana celebrandi, S. R. E. Cardinalibus fit potestas, 151.

Parisiense catholicum Institutum opem operamque non amplius accipiet e dioecesibus Venetensi, Corisopitensi et Briocensi, quae ea praestabunt universitati catholicae Andegavensi, 426: testimonium accipit peculiaris benevolentiae a B. P., qui laudat fructus Ecclesiae paratos, novos parari confidit, 489, gaudet de invectis disciplinis de re oeconomica et de commerciis, et episcopos ac fideles hortatur, ut opem ei praebere non deficiant, 490.

Patrologiae libri in seminariis adhibeantur, qui debitam erga Patres reverentiam non minuant, 456.

Paulus apostolus certo habendus est scriptor epistolarum pastoralium, 292, non obstantibus difficultatibus ex stylo et lingua, ex erroribus gnosticorum, ex hierarchia constituta, obiectis; eaeque conscriptae haberi debent post primam Pauli captivitatem, 293; nec admittenda est hypothesis fragmentaria, 292.

Pedemontani Episcopi, v. *Richelmy*.

Peregrinos occasione sollemnium saecularium pacis Ecclesiae a Constantino Magno partae, alloquitur B. P., gaudens ob eorum adventum; dolens libertatem ipsam nunc temporis saepius Ecclesiae denegatam; repetens huius finem, societatum civilium finibus longe superantem, 147, et missionem a Iesu acceptam docendi omnes gentes absque ulla limitatione, animas regendi sacramentaque ministrandi, praecepta et consilia evangelica vulgandi: repetit etiam ius Ecclesiae pias oblationes fidelium possidendi atque administrandi, 148; quae omnia ea saepe saepius sibi tuita est. Libertatem omne genus a civili societate cuique relictam, catholicis autem civibus, catholicae doctrinae, catholicis diariis, catholicis processionibus, 149, catholicis ministris utriusque cleri ademptam queritur B. P., et peregrinos hortatur ut ad eam obtinendam fortiter decertent, adversariis persuadentes Ecclesiae libertatem maxime conferre saluti et tranquillitati publicae, 150.

Peruanae reipublicae Episcopi v. *Garcia Naranjo*.

Petre M. D.: eius opus de vita Georgii Tyrrell in Indicem refertur, 277.

Philosophiae libri a seminariis excludantur, qui ab Apostolicae Sedis directivis aberrant, 456.

Picpus (*Societas Ssñorum Cordium de*): ei concreditur nova praefectura apostolica Terrae Gulielmi occidentalis, 369.

Pium Latinum Americanum collegium in Urbe episcopis Peruanis commendatur, 30.

Pium Seminarium in novas aedes ad Lateranum transfertur, et seminario Romano maiori, salvis specialibus eius fine et natura, adiungitur, 299: iisdem superioribus regetur ac reliqui alumni, sed bona seorsim administrabuntur, 494.

« *Pontifice* (*pro*) *et pro Ecclesia* » foedus sacerdotale, v. *Dubillard:* – privilegia et indulgentiae sodalibus concessa declarantur, 305.

Pontifice (*Societas ab Oratione assidua pro*), v. *Oratione*.

Pontificis Summi conditio hodierna est indigna, eiusque est curanda integra libertas, 423.

« *Pour l'action catholique* » liber ab Episcopo Venetensi conscriptus laudatur, et Sanctae Sedis decisionibus innixus edicitur, 446.

Praedicatores Fratres v. *Cormier:* – provinciae Ssmi Rosarii in insulis Philippinis concreditur nova praefectura apostolica de Formosa, 367.

Praefecturae Apostolicae eriguntur: de *Barel-Gazal* in Africa centrali, 249; de *Formosa*, 366; de *Kaffa meridionali* in Africa orientali, 40; de *Lindi* in Africa orientali, 497; insularum *Sundae minorum*, 433; *Terrae Gulielmi occidentalis*, 368.

Praescriptio inducta est ut prospiceretur bono et quieti civium, 197.

Pragensis (*divini Infantis*) cultus a Cyrillo a Matre Dei, Carmelita excalceato, invectus, maxima suscepit incrementa, ita ut complura habeantur sodalitia eius nomine inscripta; quae omnia in posterum ab ipsis Carmelitis erigi atque ordinari poterunt ubique terrarum, 152.

Preces post missam flexis genibus dicendae omitti possunt, si missa ipsa cum aliqua solemnitate dicatur, vel si aliqua sacra functio vel pium exercitium eam sequatur, quin sacerdos ab altari recedat, 311.

Presbyter assistens in benedictione cum Ssmo Sacramento, post pontificales Vesperas ab episcopo impertita, huic ministrat incensum et thuribulum, non autem tradit ostensorium, 66.

Presbyteri Pradosienses v. *Chevrier*.

Processiones catholicorum, quasi ordinis publici exturbantes, ab ecclesiis egredi prohibitas, dolet B. P., 150.

Promulgatae legitime habendae sunt, tamquam si in Commentario officiali verbo ad verbum insertae fuissent, leges omnes et Constitutiones in *Actis Pii X* contentae, 558.

Proprietatis ius usui subdi, usumque ipsum non caritati sed iustitiae, B. P. non probatur, 18.

Provinciae ecclesiasticae instituuntur: – *Edmontoniensis* in Canada, 182; – *S. Salvatoris* in America centrali, 95.

Psalterium vetus ex Indulto sequentibus fas non est eum pro libito sumere vel derelinquere, ab iisque adhibendum est Kalendarium dioecesanum, exclusis manentibus Officiis votivis, 97.

Puecher-Passavalle L.: liber de eo in Indicem refertur, 9.

Purgatorii animabus piandis Consociatio a P. Victore Jouët instituta, et a Sede Apostolica variis privilegiis ditata, 27, fundatore demortuo, Missionariis a sacro Corde Iesu provinciae Italicae concreditur, eique specialis Delegatus praeponitur P. Petrus Benedetti, 28.

Putumayo (*de*) missio pro Indis Americae meridionalis erigitur, et curae Ordinis Minorum concreditur, 308, certo territorio e praefectura apostolica S. Leonis de Amazonibus excerpto, 309.

Q

Quasi-domicilium: ad ipsum acquirendum requiritur habitatio actualis et voluntas permanendi per maiorem anni partem, 444.

R

Rajputanensis praefectura apostolica in dioecesim erigitur, Aimerensem nuncupandam, 265.

Redemptoris (*Ssmi*) *Congregatio* indulgentiam ccc dierum obtinet recitantibus Orationem ad uberiorem missionum fructum implorandum, 154.

Regiae dignitatis insignia v. *Corona*.

Regulares vi et iniuria e claustro electi, quando non amittant ius exemptionis, 192.

Religionis studium in scholis etiam privatis in Lusitania prohibitum esse dolet B. P., 421.

Religiosae cuiusvis ordinis Congregationis et Instituti, v. *Moniales*.

Religiosi non habent dominium manuscriptorum quae durantibus votis exararunt, eaque donare aut alienare nequeunt, 366: absolvi possunt, etiam a censuris in Ordine reservatis, a quolibet Confessario ab Ordinario loci adprobato, 431.

Religiosi Ordines: eos summa cura prosequitur B. P., utpote omnibus in Christo instaurandis perutiles, 387, eosque libertate donandos edicit, 423.

Renzetti Aloisius: eius opus quoddam in Indicem refertur, 277.

Richelmy card. Augustinus, archiep. Taurinensium, epistolam accipit, qua B. P. gratias agit ob litteras devotionis et obsequii ab episcopis Pedemontanis, Augustae Taurinorum congregatis, ad Se missas, 490, conventusque ipsos et in Eucharistiam excitata studia laudat, 491.

Ridolphi Iosephus, archiep. Hydruntinus; ob eum sacrilege impetitum, civitas *Galatina* speciali interdicto subiicitur, 517.

Rituale Romanum: – in eo quaedam immutantur Rubricae de initio Officii defun-

ctorum et de IX Responsorio in eodem Officio, 66: – ejus nova editio typica adprobatur, 434.

Romani cleri Kalendarium reformatum probatur, editur, 68, et ab omnibus ecclesiis, etiam collegiatis et patriarchalibus observandum edicitur, 73: iterum iuxta Motu proprio *Cum abhinc duos annos* reformatum probatur et ab omnibus Urbis ecclesiis adhibendum edicitur, adiectis, ex S. R. C. adprobatione, festis propriis, 519.

Romanum Seminarium nova sede apud Lateranum donabitur, ad quam exstruendam pecunia quae a rectore templi Ssmae Trinitatis pro eo templo proxime desercendo accipietur, tradatur, 63: – idem. a tempore Ss. Concilio Tridentino proximo florens, in quo constitutum erat et collegium Caerasolium, nunc ad S. Apollinaris exsistens, nova commodiorique sede ad Lateranum exstructa, 298, in duo scinditur, Seminarium minus pro alumnis ex *gymnasio*, quod locum et sedem habeat Seminarii Vaticani; Seminarium maius in nova sede ad Lateranum, alumnis philosophiae et theologiae instituendis, cui adiunguntur Seminaria Pium et Ss. Ambrosii et Caroli, constituta facultate iuridica in Collegio Leoniano, quae tamen in Seminarii Romani scholis adnumeratur, 299: – normae traduntur pro deputatione disciplinari et oeconomica, 492, pro rectore aliisque superioribus, 494, pro oeconomica administratione, et gratuitis pensionibus, 495, pro iuribus Ordinariorum in suos subditos, pro sacris ordinationibus et pro adsistentia choro, 496.

Rota (*S. Romana*) ferias autumnales a die 24 augusti ad 14 octobris habebit, 378.

Rumoldi (*S.*) *Collegium*, occasione L anniversarii ab eius initio, laudat B. P., 267, v. *Mercier*.

Rutheni ritus in Canadensi regione cum latino relationes mutuae componuntur, sequentibus ad decennium praescriptis: *episcopus* rutheni ritus ab Apostolica Sede nominatur et unice pendet, 393, plenam habens ordinariam iurisdictionem in fideles Canadenses rutheni ritus; qui invigilet doctrinae, bonis moribus, et Ecclesiae Orientalis ritui ac disciplinae; unoquoque quinquennio universas missiones visitet, a rectoribus bonorum rationem exigat, quae tuta cuique missioni iuxta civiles leges serventur; ordinarie resideat in urbe Winnipeg, et substententur collatione annuae stipis a singulis missionibus, et quinto quoque anno de statu morali et materiali earum Delegato Apostolico deferat, cui etiam submittendae erunt controversiae cum episcopis latinis forte exortae; et visitationem ad limina instituat, 394: *clerici* rutheni in seminaria latina admittantur, usquedum proprium seminarium eis non constituatur; ad Ordines nonnisi caelibes advocentur, nec etiam ad ministerium exercendum sacerdotes nisi caelibes aut saltem vidui absque liberis, iique, si opus fuerit, per S. Congr. de Propaganda Fide pro negotiis Orientalis ritus, ab Europa accersantur speciali documento muniti, qui dioecesi originis incardinati maneant, 395, sed ab episcopo rutheno Canadensi unice pendeant, et sine huius licentia in patriam redire nequeant, 396: sacerdotes suo marte in Canada transeuntes ad sacras peragendas functiones nullimode admittantur, 395: laici rutheni qui ordinibus initiari cupiunt, ab eodem episcopo unice pendeant. Rectores missionum ruthenarum ad nutum removeri poterunt, salvo appellationis iure ad Delegatum Apostolicum et ad S. Sedem. Sacerdotes omnes ab episcopo substententur e massa proventuum omnium ecclesiarum, et iura stolae iuxta consuetudines tantum exigant, non tamen a pauperibus, neque extorqueant sub comminatione dilationis sacramentorum: sacerdotes latini episcopo rutheno concessi, sub eius omnimoda iurisdictione manent, quoad ritui rutheno inserviant; regulares vero tantum in iis quae sunt de cura animarum, 396; ubi desunt sacerdotes alterutrius ritus, dari potest iurisdictio super fideles ritus sacerdote carentis, ab horum episcopo, certiorato tamen episcopo alterius ritus: *fideles*, ubi nulla adest ecclesia ruthena valent se conformare ritui latino, ad hunc alliceri nequeunt a sacerdotibus latinis, neque transire possunt nisi de speciali S. Congregationis licentia, et, in patriam reversi, ad pristinum ritum redire valent: ii semper apud sacerdotem latinum ab Ordinario loci adprobatum poenitentiae sacramentum recipere queunt, sed non

absolvi a censuris a suo episcopo latis; quod item vicissim valet pro fidelibus latinis apud sacerdotes ruthenos confitentes, 397: item eucharistiam quocumque ritu confectam suscipere possunt, quam item urgente necessitate sacerdotes suo quisque ritu ministrare; sed ad praecepto paschali satisfaciendum et ad Viaticum, extra casum necessitatis, eucharistia sumatur suo uniuscuiusque fidelis ritu et a suo parocho: ieiunia et festa iuxta morem locorum servari poterunt, at in ecclesia propria, si exsistat, rutheni praecepto missae audiendae satisfaciant: funera a parocho ritus cui defunctus pertinebant persolvantur: matrimonia inter fideles alterutrius ritus permittuntur et iuxta Decretum *Ne temere* contrahantur coram parocho viri, obtenta, si opus sit, dispensatione super impedimentis ab episcopo sponsae; uxor viri ritum sequi et post illius mortem proprium resumere valet; liberi ritum semper patris sequantur, in eoque extra necessitatis casum baptizentur, 398.

S

Sacerdotes omnes hortatur B. P. ut quae Unioni Apostolicae addictis effatus est, sua faciant, 31: – item ut vitam communem pro posse ineant, 118: – non rite incardinati, ab episcopo dioecesis incardinantis nequeunt remitti, ad summum ab episcopo proprio revocari possunt, 39: – in Gallia nequeunt ad munus Deputatorum vel similia candidatos se sistere, sine consensu Ordinarii, 238.

— *Americani* (v.).

Sacramentum (*Ssmum*): – *Confraternitas* ab eo in processionibus theophoricis praecedentia super alias Confraternitates gaudet, 78; – in eius honorem conceduntur indulgentiae plenariae in Hispania, 121, v. *Minores*.

Salvatoris (*S.*) *in America centrali* dioecesis a Guatimalensi provincia seiungitur, in archidioecesim erigitur, ei datis suffraganeis novis dioecesibus S. Michaëlis et S. Annae, ex eius territorio excerptis, 95.

Salvatoris (*S.*) *de Bahia* amplissimum territorium cedit novis efformandis dioecesibus Barrensi, Caetitensi et Ilheosensi, 548.

Sancti proprii alicui dioecesi, 67, vel Ordini qui dicantur, 68.

Sanctorum vitae in Breviario Romano exhibitae, ex monumentis sunt retractandae, 449.

Santoro Aloisius Maria a B. P. creatur adsistens generalis Minorum Conventualium, 15, v. *Dall'Olio*.

Saxo-Meiningensis magnus ducatus integer dioecesi Herbipolensi subditur, 94.

Saxo-Weimariensis magnus ducatus integer dioecesi Fuldensi subditur, 94.

Scapularia v. *Numismata*.

Scholae: Ecclesiae iura in eis non esse violanda, 423.

Scholae paternae seu *privatae pontificiae*, Ecclesiae propriae non sunt in sensu iuridico, 99, et post eversum civilem S. Sedis principatum, de facto carent qualitate publicarum, 100.

Scholaris disciplinae Religione informatae quanta sit utilitas, 267.

Scholastica (*S.*); cryptam Casinensem, eius exuvias continens proxime fidelium venerationi patefieri, gaudet B. P., 114, eaque occasione Iubilaeum indicit, 116, v. *Benedicti*.

Scripturarum loci in Breviario Romano adhibiti, ad genuinam lectionem sunt redigendi, 449.

Sebastiani Nicolaus epistolam accipit, qua B. P., ob oblata volumina Alberti Tesnière de augusto Sacramento ab eo sapienter contracta et italice reddita, 516, necnon ob *Summarium theologiae moralis* antea pariter oblatum, gratias accipit, 517.

Seminaria: eorum sacras visitationes, novas leges eis datas, novas conditas aedes pro maioribus clericis, 297, eaque sacrae Congregationis Consistorialis curis a Se fuisse demandata, memorat B. P., 298, v. *Romanum, Vaticanum, Pium, Ambrosii, Capranicense, Leonianum*: – ea in Lusitania civili potestate subiecta esse dolet B. P., 421: – in Venezuela episcoporum curis commendantur, 547, v. *Castro*.

Seminaria italica: normae dantur pro delectu librorum quae in scholis et in privato alumnorum usu adhibeantur, 455, v. *Italiae*.

Seminariorum alumni: eos B. P. hortatur ne, occasione Constantiniani iubilaei, Romanum iter arripient, quod sine ne-

cessariae animi recollectionis relaxatione fieri nequit, 124.

Sepulchri (S.) festum, extra tempus Paschale quomodo celebrandum, in eoque qui cantus adhibendus, 370.

Servi Dei Venerabilis titulo non decorentur ante editum Decretum de heroicitate virtutum vel de martyrio, neque in eorum honorem solemnia fiant, aut oratio panegyrica habeatur nisi post beatificationem; permittitur tamen adiectio orationis pro gratiarum actione, post decretum de heroicitate virtutum vel de martyrio editum, 437: – in eorum processibus omnes testes excutiantur, etiam qui causae adversentur; omnia documenta historica, manuscripta et typis edita compulsentur, quae quomodolibet causam respiciant, a personis publicis et privatis petenda, 437, etiam a curiis generalitiis Ordinum Religiosorum; et omnia peritorum iudicio submittantur et Promotori Fidei exhibeantur; eorumque praecipua, ex integro edita, Positionibus super virtutibus vel martyrio inserantur; in Positionibus vero pro congregatione Ordinaria, Praeparatoria et Antipraeparatoria praemittatur synopsis vitae Servi Dei: quae omnia servanda sunt etiam in causis nunc pendentibus, 438.

Servorum Dei Causae procedentes per viam casus excepti, veteri procedendi ordine absolvi nequeunt, sed quae apud S. R. C. iam agi coeptae sunt vel Promotori Fidei traditae, continuari poterunt, 41, dummodo probentur scripta, recognoscatur casus exceptus, a Sanctissimo obtineatur facultas ad ulteriora procedendi, ab Ordinario testimonium reddatur de fama sanctitatis, virtutibus et miraculis, vel de martyrio eiusque causa, quod probetur congregationi ordinariae, et a Sanctissimo cultus confirmetur, 42.

Servorum B. Mariae Virginis Ordo v. *Lépicier.*

Sevin Hector Irenaeus, archiep. Lugdunensis, laudatur ob propositum solemnibus festis celebrandi primum conditum saeculum a nativitate Friderici Ozanam, 228, v. *Ozanam:* – item ob proximum habendum conventum Iurisconsultorum Catholicorum, quibus iterum proponuntur Acta Pontificia Leonis XIII et Pii X, 558, eorumque commentatores, ad veteres et novos errores refellendos, ad Ecclesiae et civitatis mutuas relationes recte diiudicandas, ad videndum quam indigna sit plerumque conditio hodie Ecclesiae facta, 559.

Signatura Apostolica non videt de legum iuridica interpretatione, neque de factorum aestimatione, 532.

« *Sillon* »: epistolam de eo optime commentariis illustratam ab ephemeride « *La Foi catholique* » gaudet B. P., 142.

Simlensi archidioecesi paucis abhinc annis erectae, suffraganeae assignantur, 266, dioecesis Lahorensis et praefectura apostolica de Kafiristan et Cashmirensis, 267.

Simulatio in foro non praesumitur, nisi evidenter probetur, 194.

« *Singulari quadam* » litterae encyclicae: opus quoddam de eis in Indicem refertur, 9.

Socialismum adversari principiis iuris naturalis, 142.

Societas Iesu: ei concreditur novus vicariatus apostolicus de Fianarantsoa, 235.

Sodalitates promovendis iuvandisque ecclesiasticis vocationibus v. *Ecclesiasticis vocationibus.*

Sorores in communitate viventes v. *Moniales.*

Sottaz Victor Maria: ei infirma valetudine impedito, in regimine Minorum Conventualium sufficitur vicarius generalis, 5, qui manebit in munere usque ad proximam generalem Congregationem, 6.

Soubirous Bernarda, in oppido *Lourdes* nata, et a Deipara immaculata, adhuc puella, miris apparitionibus ditata, 434, quae ad oppidum ipsum magnas peregrinorum turbas adduxerunt, in hospitium Sororum caritatis et institutionis christianae de Nevers excepta, ibi vota sub nomine Sororis Mariae Bernardae nuncupavit, et regulae silentiique custodia ac Passionis et Eucharistiae iugi meditatione claruit. Mortuam populorum veneratio sequuta est, 435, et signatur a B. P. Commissio introductionis causae ad eius Beatificationem, 436.

Spes, theologalis virtus, a contradictoriis accusationibus impetita, a P. Janvier lucide exponitur, quae caritatem nedum minuat, ei parat viam et praebet auxilium, 537.

Spitzberg insulae, novissimis hisce temporibus incolis auctae, vicariatui apostolico Norvegiensi adnectuntur, qui exinde

Norvegiensis et de Spitzberg nuncupabitur, 275.

Sudanensis vicariatus apostolicus, certum territorium cedit novae efformandae praefecturae de Bar-el-Gazal, 249, et deinceps de *Cartum* nuncupabitur, 250.

Suffragio sacerdotali (*Pium opus a*), Neapoli erectum, aegris et demortuis sacerdotibus sublevandis, iam a Sede Apostolica laudatum, et peculiaribus privilegiis ditatum, in archisodalitatem erigitur, et facultate ubique aggregandi, 361, et compluribus indulgentiis tum plenariis, tum partialibus, 385, necnon privilegio altaris privilegiati pro missis pro sodalibus defunctis ubique celebratis, donatur, 386.

Sundae minores insulae, excepta insula *Flores*, in praefecturam apostolicam eriguntur, quae societati Verbi Divini de Steyl concreditur, 433.

Superiorissae rationes non inquirant quibus expetatur aliquis specialis Confessarius, puniant religiosas de hoc inter se colloquentes, 63, inquisitionem nullam faciant de confessionibus a suis religiosis extra domum institutis, 64.

Suppositio falsa de impedimento clandestinitatis exsistenti, per se non obstat matrimonium, 165.

Syndicalismum adversari principii iuris naturalis, 142.

Syro-malabarici ritus sacerdotes, ad confessiones ab Ordinario suo adprobati, qui iurisiurandum antimodernisticum non emiserint, per modum actus transeuntis, admitti possunt extra suam dioecesim ad confessiones excipiendas quin ab eis illud exigatur, 272.

T

Tacambarensis dioecesis in Mexico erigitur, territorio excerpto ex archidioecesi Mexicana et dioecesi Zamorensi, 430.

« ***Talleres de Caridad de santa Rita de Casia*** » v. *Martinez*.

Tananarive (*de*) vicariatus apostolicus nuncupabitur, qui hucusque erat de Madagascar centrali, 274.

Tarquini card.: ejus opera iuridica laudantur, 559.

Tasso Ioannes Vincentius, episc. Augustanus, gratias accipit et laudatur ob actorum synodi dioecesani volumen cui adiiciuntur complura S. Sedis acta, et ob gallicam novi Catechismi versionem B. P. oblata, 227.

Taurinense institutum a Consolata v. *Consolata*.

Tavani Dominicus Maria creatur adsistens generalis Minorum Conventualium, 5, v. *Dall' Olio*.

Terrae Gulielmi praefectura apostolica in duas scinditur, altera Terrae Gulielmi orientalis quae Patribus e Societate Verbi Divini concredita manet, 368, altera Terrae Gulielmi occidentalis quae Patribus e Societate Ssm̃orum Cordium de Picpus concreditur, 369.

Tesnière Albertus laudatur ob volumina de sancta Eucharistia edita, quibus maxime contulit animorum ardori erga augustum Sacramentum excitando; quorum compendiosa italica versio laudatur, 516.

Testimoniorum accidentales circumstantiae, si discordes paulisper sunt, non inficiunt eorum vim, sed confirmant, 327.

Theologiae moralis summarium a Nicolao Sebastiani integra doctrina et lucido ordine exaratum laudatur, 517.

Theologica Academia ad S. Apollinaris perpetuo manebit, 299.

Thomae Aquinatis (*S.*) disciplina: eam in Praedicatorum Ordine summo esse in honore gaudet B. P., eamque ad adolescentis cleri institutionem necessariam edicit, 487.

Tilli P., praeses Societatis Bonaërensis *Centro Cattolico degli studenti*, gratias accipit ob filiale devotionis obsequium B. P. reverenter oblatum, 535.

Tolosana universitas Catholica, v. *Breton*.

Torre (*de*) ***Diaz Emmanuel*** epistolam accipit, qua B. P. laudat Societatem nautis catholicis sublevandis, cui ille praeest, ob religiosa adiumenta in celeberrimis maritimis oris nautis ipsis praebita, eique societati gratulatur et fausta incrementa adprecatur, 153.

Tractus in Missa tempori Quadragesimali non repugnat, 187: – est dicendus in festo Reparationis iniuriarum alicubi feria V post Sexagesimam celebrato, 187.

Translatio festorum, etiam perpetua, non fit nisi Duplicium I vel II classis, 451, 461.

Trinitatis (*Ssm̃ae*) templi prope Curiam Innocentianam, proxime deserendi, pia opera et onera ad S. Apollinaris ecclesiam, ab eadem Ssm̃a Trinitate in posterum inscribendam transferuntur, 61.

Tripolitana apostolica praefectura erigitur in vicariatum, de Libya nuncupandum, 234.

U

Unianembensis vicariatus apostolicus quaedam territoria cedit novo vicariatui apostolico de Kaffa, 25.

Unio apostolica: verba ad sacerdotes ei addictos a B. P. prolata, omnibus sacerdotibus iterum commendantur, 31.

Unio oeconomico-socialis pro catholicis Italiae laudatur ob bonos fructus Ecclesiae et civitati paratos, praecipue ob institutiones oeconomicas omne genus et ob Scholam socialem nuperrime inductam: ad uberiora tamen incrementa capienda nova ordinatione erit donanda, unde abstineatur a renovandis muneribus, 539.

Unio spiritualis sacerdotalis pro Fide laudatur, 142.

Uriburu (de) T. P. (dña), gratias accipit ob B. P. oblatam annuam memoriam Conferentiae S. Vincentii a Paulo, cui praeest, quaeque reipublicae Argentinae catholicorum actuosam caritatem ostendit, 534.

Urubamba (de) praefectura apostolica in Peruana republica erigitur in vicariatum, eique adiicitur civilis districtus a Matre Dei nuncupatus, indeque vicariatus apostolicus de *Urubamba et Matre Dei* dicetur, 327.

V

Vannutelli card. Vincentius, episc. Praenestinus, epistolam accipit, qua B. P. probans centenaria sollemnia ab ortu Antonii Friderici Ozanam, quem praeclarum christianae sapientiae vindicem declarat, volensque Suam benevolentiam in Opus *Conferentiarum S. Vincentii a Paulo* ab eo institutum et brevi mire ubique terrarum auctum, pandere, 177, ad conventum a delegatis *Conferentiarum* Parisiis proxime habendum, V. E. Legatum suum mittit, 178.

Vasquez Michael C., episc. tit. Legionensis, praeses virorum coetus regendo Operi a Leone XIII nuncupato, epistolam accipit qua B. P., Operis eiusdem institutionem memorat, 424, probat eius statuta, quibus patet eam opificibus et praesentis vitae commoda praebere et futura, et hortatur bonos ut Opus ipsum augere studeant, 425.

Vaticanum Seminarium fit Seminarium Romanum minus et excipiet alumnos gymnasio deditos, 299: – normae dantur pro deputatione disciplinari et oeconomica, 493, pro rectore aliisque superioribus, 494, pro oeconomica administratione et gratuitis pensionibus, 495, pro iuribus Ordinariorum in suos subditos, pro ordinationibus et pro adsistentia choro, 496. — munus Canonici Praefecti cessat, 492.

Venerabilis titulo Servi Dei ornentur tantum post editum Decretum de martyrio vel de heroicitate virtutum, 437.

Venetensis dioecesis, immunis onerum pro Parisiensi Instituto Catholico 427, opem operamque conferet Andegavensi universitati sustentandae, 428.

Venezuela episcopi v. *Castro.*

Verbi Divini de Steyl Congregationi concreditur nova praefectura apostolica insularum Sundae minorum, 433.

Veszprimiensis dioecesis: eam maxima obtinuisse in re catholica incrementa, gaudet B. P., 424, v. *Hornig.*

Veuillot Franciscus epistolam accipit gratulatoriam ob feliciter absolutam vitam patrui Ludovici Veuillot, occasione c anniversarii ab huius natali, qui apostolico zelo incensus, 513, sacris principiis scripto defendendis eximias animi dotes impendit, alta fide et amore in Ecclesiam et patriam suam impulsus; qui nunquam Iesu Christi iura, Ecclesiae doctrinam et Sedis Apostolicae auctoritatem aliquid detrimenti accipere est passus, errores omnes fortiter impugnans, nulla habita ratione persecutionum ab adversariis, 514, et quandoque ab ipsis fratribus suscitatarum; et ita dignus factus est qui exemplar proponatur omnibus pro Christo et Ecclesia fortiter dimicantibus, 515.

Vicariatus apostolici creantur: de *Banguelo* in Africa centrali, 233; *Bleufieldsensis* in America centrale, 549; de *Fianarantsoa* in insula Madagascar, 235; de *Kivu* in Africa centrali, 25; de *Libya* in Africa boreali, 234; de *Urubamba et Matre Dei* in Peruana republica, 337.

Vicariatus Urbis officia nova sede donata, 61.

Vicarius urbis Cardinalis nova sede donatus, 61.

Victoriae Nyanzae meridionalis vicariatus apostolicus quaedam territoria cedit novo vicariatui apostolico de Kaffa, 25.

Vigiliae: ad eas ante reliquias Martyrum celebrandas pridie consecrationis ecclesiae, sumantur tres Nocturni et Laudes de Communi plurimorum Martyrum, sub ritu duplici et cum oratione paulisper immutata, 399.

Vincentiana Societas Conferentiarum v. *Conferentiarum. Uriburu.*

Vincentii (*S.*) *Ferrerii* preces ad sanctam mortem a Deo implorandam, indulgentiis ditantur, 271.

Vis quae sit quae matrimonium dirimat, 255.

« *Vocation sacerdotale* »: liber a can. Lahitton conscriptus probatur, 290, v. *Lahitton.*

W

« *Wirstücke* » in libro Actuum Apostolorum, eius auctoritatem et unitatem compositiones nullimode infirmant, 291.

Z

Zamorensis dioecesis certas paroecias cedit novae efformandae dioecesi Tacambarensis, 430.

IV.

INDEX PERSONARUM

A

Abbet Iulius Mauritius, episc. Sedunensis, 427.
Achichimuttu Chellapillai, 205.
Achtmann Franciscus Seraphinus, 541.
Addèo Felix Augustinus, episc. Nicosiensis, 239.
Agliardi Antonius, S. R. E. card., episcopus Albanensis, 300, 485.
d'Agostino Andreas, episcopus Arianensis, 56.
Agostino Cosmas, episc. Laquedonensis, 392.
Aguirre y Garcia Gregorius Maria, archiep. Toletanus, 480.
Ahle Ioannes Nepomucenus, 541.
Alberti Iosephus, S. R. Rotae Auditor, 13, 14, 15, 44, 85, 125, 164, 188, 253, 312, 400, 439, 523.
d'Alessandri Angelus, 125, 138, 217, 280, 288.
Alexander II, R. P., 114.
d'Alheimer Hugo, 170.
Allgeyer Aemilius, 185.
de Almeida Apollinaris (Ven.), episc. Nicaenus, 173.
Almaráz y Santos Eugenius, 54.
Aloisius a Verona, 11.
Althoff Henricus, episc. Bellevillensis, 550.
Alvarez Miranda Iosephus, episc. Legionensis, 391.
Alves de Souza Benedictus, 207.
Ambrosetti Thomas, 188.
Ambrosi Aloisius, 456.
Ambrosini Aloisius, 296.
Amette Leo Adolfus, S. R. E. card., archiep. Parisiensis, 489, 508.
Amici Dominicus, 56.
Amigó et Ferrer Aloisius, episc. Segobriensis, 391.
Amschl Ioannes Nepomucenus, 231.
Anander Muttu Siny, 205.
Andrieu Paulinus Petrus, S. R. E. card., archiep. Burdigalensis, 289.
Angela Maria a Conceptione, 334.
Angela Merici (S.), 302.
de Angelis Hector, 552.
Angelotti Albertus, 336.
Angelucci Iosephus, episc. Civitatis Plebis, 31.
Anna (S.), mater B. M. V., 302.
Antomelli Ioannes Baptista Ludovicus, episc. tit. Leptimagnensis 185.
Antonelli Augustinus, 336
Antonelli Pius, 447.
Antonelli-Costaggini Ioachim, 164.
Anzuoni Michaël, 175.
Apollinaris (S.), episcopus Ravennaten., 61.
Archambeault Iosephus Alfredus, episc. Ioliettensis, 29, 208.
Arcoverde de Albuquerque Cavalcanti Ioachim, S. R. E. card., archiep. S. Sebastiani Fluminis Ianuarii, 478.
Arko Michaël, 561.
Arunasalam Visuvalingam Ioseph, 201.
Asbach Maria, 380.
Asctich Marcus, 479.
Assieu Gulielmus Saturninus, 230.
van Asten van Thiel Ludovicus, 512.
Astorri Christophorus, 97, 133, 379, 499.
Augustinus (S.), 388.

Augustinus ab Artesa de Segre, v. Bernans.
Austriae Minister cultus, 9.
d'Auteroche Arturus, 512.
Ayres de Almeida Freitas Ioachim, 511.
Azzopardi Iosephus, 499.
Azzopardi Vincentius, 384.

B

Babura Ladislaus, 263.
Bagnoli Pius Marcellus, episc. Marsorum, 226.
Bahia y Urrutia Aloisius, 360.
Bakotić Vladimirus, 336.
Balbi Laurentius, 384.
Balics Ludovicus, 230.
Balits Antonius, 230.
Bambozzi Benvenutus (Ven.), 174.
Banfi Seraphinus, 231.
Barberini (princeps), 111.
de Bardeau Carolus Henricus Maria, 264.
Barlassina Gaudentius, 215.
Barle Ioannes, 480.
Barontini Eugenius, 138.
Barthez Henricus, 56.
Bartolini, 406.
Battaglia Ioannes Fidelis, archiep. tit. Cyzicensis, 448.
Battelli Aloisius, 511.
Batthyány Ioannes Baptista, 360.
Bauer Franciscus, S. R. E. card., archiep. Olomucensis, 22.
Baumbach Leonardus, episc. Nicopolitanus, 216.
Beauchesne Gabriel, 360.
Becattini, 401.
Bécigneul Iosephus Dominicus, 88.
Beckmann Albertus, 24.
Bédu Aristides, 370.
Begey, 9.
Béliveau Arthurus, episc. tit. Domitiopolitanus, 239.
Bello Rozas Ioannes, 23.
Benedetti Claudius, 252.
Benedetti Henricus, 510, 561.
Benedetti Petrus, 28.
Benedictus XII, R. P., 117.
Benedictus XIII, R. P., 114, 218.
Benedictus XIV, R. P., 92, 114, 192, 327, 330, 331, 437, 438, 525.
Benedictus (S.) abbas, 113, 114, 115, 116, 145, 302.
Benedini Polidorus, 295.
Benildes (Ven.), 510.
Benvenuti Augustus, 447.
Benvignati Henricus, 188, 439.
Berard Victor, 56.
van Berkel (sac.), 464, 467.
Berković Nicolaus, 383.
Bernans et Serra Iosephus Augustinus, episc. tit. Milopotamensis, 251.
Bernard Mauritius, 88.
Bernardt Aloisia, 379.
Berriaux, 442.
Bertaccini Antonius, 23.
Bertazzoni Iosephus, 479.
Berti Iosephus, 404.
Bertolotti Aegidius, 294.
Bertram Richardus, 480.
Bethleem Aloisius, 19.
Bettarini Rosa, 410.
Betti Aloisius, 336.
Biagiotti Paulus, 401.
Bjažic Ioannes, 511.
Bicchi Josue, episc. S. Severini, 56.
Bjelik Emericus, episc. tit. Thasensis, 96.
de la Bigne de Villeneuve Marcellus, 416.
Billiet Iulius, 232.
Billot Ludovicus, S. R. E. card., 294, 479, 479, 540, 559.
Binh Anna, 554.
Birgitta (S.), 302.
Biskup Franciscus, 22.
Bisleti Caietanus, S. R. E. card., 21, 294, 335, 359, 540.
Bisson F., 441.
Bitter Albertus, vicarius apostolicus Sueciae, 275.
Blandini Ioannes, episc. Notensis, 24.
Bobok Arnoldus, 561.
Boccoleri Caesar, 542.
Bodulić Maximilianus, 542.
Bohle Franciscus, 480.
Bòn Thaddaeus, 555.
Bonardi Ioachim, 336.
Bonifacius VIII, R. P., 412.
Bonnetty A., 216.
Bonnier, 441.
Bonomi Dominicus, 551.
Bonzano Ioannes, archiep. tit. Melite-

nensis, delegatus apostolicus Washingtoniensis, 34.
di Borbone Alfonsus, 55.
Borges Quintão Ioannes, episc. Florianopolitanus, 339.
Borghini Adamus, episc. S. Severini, 338.
Boschi Iulius, S. R. E. card., archiep. Ferrariensis, episc. Comaclensis, 268, 492.
Boscia Theodoricus, 359.
Bouissière Iulius Alexander Leo, episc. Costantiniensis, 239.
Bourget Achilles, 296.
Bouteiller Henricus, 296.
Brac de la Perrière Petrus, 144.
Bracci Robertus, 383.
Bradley Bernardus J., 541.
Brady Richardus, 111.
Brayda Aemilianus, 529.
Brehm Augustus, 231.
Brémond Henricus, 216, 277.
Brenner Maximilianus, 207.
Bressan Ioannes, 21.
Bressers Cornelius Leonardus, 23.
Breton Germanus, 179.
Brunel Elias Dominicus, 448.
Brunet Franciscus Xaverius, episc. Montis Laurei in Canada, 393.
Bruni Bruno (Ven.), 173.
Bujak Franciscus, 88.
Bulla Franciscus, 295.
Burgstaller de Bidischini Iosephus, 23.
Bürkler Robertus, episc. S. Galli, 550.
Burrasca Aloisius, 336.
Bussereau Iacobus Fridericus, 231.

C

de Cabrières (de Rovérie) Franciscus Maria Anatolius, S. R. E. card., episc. Montis Pessulani, 229.
Cadena et Eleta Iosephus, archiep. Burgensis, 391.
Cagiano de Azevedo Antonius, 372.
Cagiano de Azevedo Octavius, S. R. E. card., 252, 294, 366, 431, 510, 560.
Cailli Iulianus, 264.
Calbetón et Blanchón Firminus, 512.
Calcagno Aloisius, 359.
Caldeira Ludovicus (Ven.), 173.
Cameron Catharina, 314.
Càn Paulus, 554.
Cancino, 189.
Canonica Ioannes, 175.
Carame Nematallah, episc. tit. Myndensis, 251.
Cardona y Tur Iacobus, episc. tit. Sionensis, 270.
Caróli Rodulphus, episc. Cenetensis, 392.
Caron Andreas, archiep. Ianuensis, 58.
Caron-Bonnel Camillus, 232.
Carrasquedo Angela, 188.
Carrasquedo Eleonora, 190.
Carrasquedo Maria, 188.
Carrillo Isidorus, episc. Toronensis, 550.
Carrocci, 404.
Carta Petrus, 175.
Casanova Richardus, archiepiscopus de Guatemala, 208.
Casey Ieremias, 541.
Cassar Iosephus, 383.
Cassetta Franciscus, S. R. E. card., episcop. Tusculanus, 381, 415.
Cassio Ioannes, 144.
de Castellane (dñus), 317.
de Castellane Maria Paulus Boni, 312.
de Castellane Ioannes, 313, 314.
Castellano Aloisius, 20.
Casterot Aloisia, 434.
Castillo Rosales Michaël, 54.
Castro Aloisius, 111.
Castro Ioannes Baptista, archiep. Caracensis, 547.
de Castro et Alonso Emmanuel, episc. Iaccensis, 492.
Catelli Petrus, 87.
Caterini Petrus, 384.
Cattaneo Bartholomaeus, 295.
Cattani Fridericus, S. R. Rotae Auditor, 13, 15, 16, 44, 74, 125, 164, 201, 217, 253, 312, 552.
Cattarossi Josue, episc. Bellunensis et Feltrensis, 550.
Cavagnis, S. R. E. card., 559.
Cauchie Camillus, 208.
Caumont Henricus Fortunatus, episc. Aimerensis, 276.
de Cauzon Thomas, 10.
Cecchinelli Seraphinus, 125.
Čech Antonius, 541.
Černý Franciscus, 511.

de Chalonge Marcellus, 340.
de Chantal (S.), 216.
Chapperon (sac.), 343.
Charost Alexius, episc. tit. Miletopolitanus, 96; episc. Insulensis, 550.
Charvet-Lesaffre Claudius, 232.
Chellappa Ponnampalapam, 205.
Chendynski Ladislaus, 231.
Cherchi Franciscus, 175.
Cherrier Arturus Alfonsus, 262.
Cherubini Franciscus, 185.
Chesnelong Ioannes, archiep. Senonensis, 509.
Chevrier Antonius (Ven.), 262, 309.
Chevrier Claudius, 309.
Chiaudano Iosephus, 488.
Chigi-Albani Marius, 207.
Chilensis Internuntius Apostolicus, 452.
Chilensis Reipublicae Administer a negotiis exteris, 453.
Chilensis Reipublicae Praeses, 453.
Chirico Petrus, 22.
Chollet Ioannes Arturus, 549.
Chosson Lucianus Augustus, 22.
Christophorus (S.), 418, 419.
del Ciabatti Petrus, 410.
Ciampi Annuntiata, 410.
Ciampi Augustinus, 410.
Ciampi Carola, 410.
Ciampi Carolus, 410.
Ciampi Petrus, 410.
Ciappara Michaël, 217.
Cicerchia Aloisius, 447.
Clemens V, R. P., 284.
Clemens VI, R. P., 191.
Clemens VIII, R. P., 80, 97, 152, 362, 389, 418, 486.
Clemens XI, R. P., 114.
Clemens XIII, R. P., 192, 281.
Cocincinae occidentalis Vicarius apostolicus, 555.
Cody Patritius, 541.
Coelho de Castro Villas-Bôas Antonius, 296.
Colomb Albertus, 201.
Colucci Michaël, 510.
Conan Iulianus Gulielmus, archiep. Portus Principis, 473.
Concha et Subercaseaux Henricus, 295.
Concha et Toro Melchior, 424.
Conforti Laurentius, 479.
Constantinus magnus, romanus imperator, 89, 147, 180, 423.
Conte Carmelus, 44, 464, 523.
Contreras Vincentius, 189.
Copéré Ludovicus, 310, 435.
de Coppin de Grinchamps Iosephus, 232.
Corbillé (pater), 476.
Corbo Michaël, 83.
Cormier Hyacinthus Maria, 387.
Corna-Pellegrini Iacobus, episc. Brixiensis, 264.
Correa de Bastos Pina Emmanuel, episc. Conimbricensis, 544.
Corrigan Augustinus, archiep. Neo-Eboracensis, 312.
Corsi Maximinus, 231.
Corvaja Victor, episc. tit. Oensis, 360.
Cosenza Ianuarius, archiep. Capuanus, 183.
de Cossé Brissac Petrus, 264.
di Costanzo Franciscus, episc. tit. Amisensis, 7.
Coubé Stephanus, 277.
Couillault Camillus, 263.
Couto (Gonçalves do) Moyses, 511.
Couture Iosephus Alfonsus, 264.
Coyne Bernardus, episc. Elphinensis, 96.
Cristofori Carolus 10, v. Marcus ab Aviano.
Cristofori Marcus, 10.
Csaky Carolus Emmanuel, episc. Vaciensis, 339.
Csernoch Ioannes, archiep. Strigoniensis, 6.
Cueco de Araujo Batinga Ionas, 479.
da Cunha Emmanuel Baptista, archiep. Bracarensis, 232.
Cuny, 422.
Curmi Tancredes, 384.
Cyrillus a Matre Dei, 152.
Cyrtowt Gaspar Felicianus, episc. Samogitiensis, 448.
Czartoryski Olgierd Alexander, 55.

D

Dall'Olio Franciscus Maria, 5.
van Dalsum H. A., 277.
Dân Martha, 554.
Dandini Ascensius, 105.

Dantin Franciscus Iosephus, 309.
Darey Petrus, 416.
Darwiot Eduardus, 232.
Déchelette Ludovicus Ioannes, episc. Ebroicensis, 96.
De Lai Caietanus, S. R. E. card., episc. Sabinensis, 62, 238, v. *Index Documentorum:* S. C. Consistorialis, 300, 485, 540.
Delamaire Franciscus Maria, archiep. Cameracensis, 360.
Delehaye, 457.
Deletry Frida, 441.
Dellaira Salvator, 447.
Dellavedova Ignatius, 528.
